in emaus: qđ iterp̄taꝛ desideriū ꝯsilij. ⁊ significat paupes xp̄i q̄ volūt illđ cō silium adimplere. vade ⁊ vende oia q̄ hēs ⁊ da paupib' ⁊c̄. Quinto apparuit discipl'is ꝯgregat' i vnū. ⁊ sigt religiosos cū forib'. v. sensuū clausos. Joh. xx. He q̄nq̄ appitōes: ipa die resurrectōis facte sunt. ⁊ has rep̄sentat sacerdos i missa q̄nq̄es se v̄tēs ad pp'lm. sȝ tercia v̄sio ē cū silētio q: significat terciā appitiōeȝ factā petro q̄ nesciꝛ vbi l' qn̄ facta fuerit. Sexto apparuit octaua die discipl'is ꝯgregat' p̄sente thoma: q̇ dixerat se nō credere nisi videret. ⁊ significat hesitātes i fide. Johis. xx. Septimo discipl'is piscātib'. Johis. vltio ⁊ significat p̄dicātes qui sᵗ piscatores hoīȝ. Octauo discipl'is i mōte thabor Matt. vlt. ⁊ significat ꝯtēplatiuos. q: i p̄dicto mōte trāsfigurat' fuit. Nono xj. discipl'is recūbētib' i cenacl'o vbi incredulitatē coꝝ ⁊ duriciā cordis exprobrauit. Matth. vlt. p quos itelligim' pctōres i vndenario trāsgressiōis positos. q̊s dn̄s aliqn̄ visitat mīsicorditer Decimo ⁊ vltio apparuit discipl'is existētib' i mōte oliueti. Luc. vlt. p q̊s significanꝛ misicordes ⁊ mīe oleū diligentes. De h̄ loco ascēdiꝛ i celū: q: pietas ad oia valȝ. p̄missiōeȝ hn̄s ⁊c̄. j. thi. 4

E Sūt ⁊ alie tres appitōes q̄ referunꝛ i ipa die resurrectōis facte. sȝ tn̄ h̄ ex textu nō hēꝛ. Pria q̄ apparuit iacobo iusto. i. iacobo alphei. de q̄ appitōe inuenies i legēda ipi' iacobi. Alia q̄ ipa die appuisse dī ioseph sic̄ legiꝛ i euāgelio nicodemi. Nā cū audissent iudei q ioseph corp' ih̄u a pilato petissȝ. ⁊ ip̄ȝ in monumēto suo posuisset. indignati aduersus eū ip̄m ceperūt. ⁊ q̇dā cubiculo diligēꝛ clauso ⁊ sigillato reclusert p' sabbatū eū occidere volētes. Et ecce ih̄s i ipa nocte resurrectōis suspēsa domo a q̄tuor angul' ad eū intrauit. et faciē ei' extersit ⁊ osculū dedit. ⁊ ide saluis sigill' eū educēs i domū suā i arimathia ip̄m adduxit. Tercia q̄ an̄ ceꝛos v̄gini m̄ri apparuisse crediꝛ. licȝ h̄ ab euāgelist' taceaꝛ. Hoc romana eccl'ia approbare videꝛ q̄ stati ipa die apud scāȝ mariā celebrat stationē. Si em̄ h̄ iō nō crediꝛ. q: null' euangelista testaꝛ ꝯseq̄ns est vt p' resurrectōeȝ nūq̄ sibi appuerit q: vbi vl' qn̄ null' euāgelista edisserit. Sȝ absit vt talē matrē talis filius: tali negligētia dehonorauerit. Sȝ iō forsan h̄ euāgeliste subticuerūt q: coꝝ fuit officiuȝ solūmodo resurrectōis testes iducere. m̄reȝ āt ad testificādū p filio iducere eos nō decuit. Si em̄ v̄ba extraneaꝝ feiaꝝ d'liramēta visa sūt. quō n̄ magis matrē p filij amore crederēt d'lirar. Hoc igiꝛ euāgeliste scribere noluerūt. sȝ p ꝯstāti reliq̄rūt. Debuit em̄ m̄reȝ p̄us letificare d' resurrectōe quā āpli' ceter' ꝯstat doluisse d' morte. ne m̄reȝ p̄tereat. q̇ sic alios ꝯsolari festinat. Hoc etiā ābro. testaꝛ i li. iij. d' v̄ginib' dicēs. Vidit m̄r resurrectōeȝ dn̄i ⁊ p̄ma vidit ⁊ credidit. vidit maria magdalena q̄uis adhuc ipsa nutaret. Seduli' q̊ȝ agēs d' xp̄i appitōe sic dic̄. Sēp v̄go manēs hui' se visib' astās. Luce palā dn̄s p̄us obtulit bona maꝛ. Grādia diuulgās miracula q̄ fuit olim Aduenięt' iter. h̄ fit redeūt' ⁊ index.

¶ De septimo āt ⁊ vltio h̄ ꝯsiderādo q̄liꝛ scōs p̄res q̇ erāt in limbo xp̄s eduxit. ⁊ q̇d ibi egit. euāgeliū apte n̄ explanauit Aug. tn̄ i q̊dā s̄mōe ⁊ nicodem' i suo euāgelio aliq̄tenus h̄ ostādūt. Ait em̄ scūs aug. Mox vt xp̄s sp̄m tradidit. vnita sue deitati aīa ad iferorū p̄funda descēdit. Cūq̄ tenebraꝝ t̄minū q̄si q̇dā d'p̄dator splēdid' ac terribil' attigisset. aspiciētes eū impie ac tartaree legiōes t̄rite inq̄rere ceperūt dicētes. Vn̄ ē iste tā fort'. taȝ terribil' tā splēdid' tā p̄clar' mūd' ille q̇ nob' subdit' fuit. nūq̄ nobis talem mortuū misit. nūq̄ inferis talia mūera destinauit. Quis ē g̊ iste q̇ sic itrepidus n̄ros fines ingrediꝛ. ⁊ nō solū nostra supplicia nō vereꝛ. veꝝ etiā alios de nostris vinculis absoluit. Ecce ipi q̇ sub n̄ris solebāt suspirare tormētis insultant nobis de p̄ceptione salutis: ⁊ nō solū iā nihil verenꝛ sȝ isup nobis

minant. Nūq̄ȝ hic sic mortui suꝑbie-
rūt: nec aliq̄n sic potuerūt leti eē capti
ui. Ut q̄d huc illū adducere voluisti.
O ꝑnceps nr̄ periit oīs leticia tua. i lu
ctū ꝯuersa sūt gaudia tua. Dū tu xp̄z
suspēdis in ligno ignoras q̄nta dāna
sustineas i inferno. Post istas crudeliū
voces ifernaliū ad ipiū dn̄i oēs ferrei
ꝯfracti sūt vectes. Et ecce inumerabi
les scōꝝ ꝓpl'i eius genibus ꝓuoluti lachry
mabili voce dicebāt. Aduenisti ꝺside
rabil'. redēptor mūdi aduēisti quē ꝺsi-
derātes q̄tidie expectabamus. Descendi
sti ꝓ nob̄ ad iferos: noli nob̄ deesse cū
reuersus fueris ad supos. Ascēde dn̄e
ih̄u iferno expoliato: ⁊ autor̄ mortis su
is vinculis irretito. redde iam leticiāz
mundo: succurre inq̄ūt: iā seuas extin
gue penas. ⁊ mis̄ādo resolue captiuos
dū h̄ es absolue reos: dū ascēderis ꝺfen
de tuos. Hec aug. In euāge. āt nyco-
demi legit̄ ꝙ carinus ⁊ leucius filij symeo
nis senis cū xp̄o resurrexerūt. ⁊ anne ⁊
cayphe: ⁊ nycodemo ⁊ ioseph ⁊ gama
lieli appuerūt ⁊ ab eis adiurati q̄ xp̄s
apud iferos gessit. narrauerūt dicētes
Cū essemus cū oībus pr̄ibus nr̄is pr̄iarchis
in caligine tenebraꝝ subito factus ē au-
reus sol' color purpureusq̄ȝ ⁊ regalis lux
illustrās suꝑ nos. Statimq̄ȝ adā hūa
ni generis pr̄ exultauit dicēs. Lux ista ē
autoris lumis sempiterni. q̄ nob̄ ꝓmi
sit mittere lumē coet̄nū suū. Et excla-
mauit esaias dicēs. Hec ē lux pr̄is fili
us dei sic ꝑdixi cū eēȝ viuus in terris. Po
pulus q̄ ambulabat i tenebris vidit lu-
cem magnā. Tūc suꝑuenit genitor nr̄
symeon. ⁊ exultās dixit. Gl'ificate dn̄z
q̄ ego xp̄m ifantē natū i manibus susce
pi i tēplo. ⁊ cōpulsus spūscō dixi. Nūc
viderūt oculi mei salutare tuū. Quod
parasti ⁊c̄. Post h̄ suꝑuenit q̄dā here-
mi cultor: ⁊ iterrogatus a nob̄ q̄s eēt di
xit. Ego suȝ iohēs q̄ xp̄m baptizaui ⁊.
an̄ faciē eius ꝑare viam eius preiui. ⁊ ip̄m
ofi̅di digito dicēs. Ecce agnus dei ⁊c̄. ⁊
descēdi nūciare vob̄: q̄ i ꝓximo ē xp̄z
visitare vos. Tūc seth dixit. Cū iuissē
ad portas paradisi rogare dn̄z vt trās
mitteret mihi angelū suū: vt daret mi
hi ꝺ oleo mis̄icordie. vt inūgerē corpus
pr̄is mei ade. cum eēt infirmus. appuit
michael angelus dei dicēs. Noli labora
re lachrymis orando ꝓpter oleū ligni
mis̄cdie. q̄ nullo mō poteris de illo ac-
cipe nisi q̄n cōpleti fuerint q̄nq̄ȝ milia
ducēti āni. Hec audiētes oēs pr̄iarche
⁊ ꝓphete exultauer̄t magna exultatōe
Tūc sathā ꝑnceps ⁊ dux mortis dixit
ad ifernū. Prepara te suscipe ih̄m q̄ se
gl'iat̄ xp̄m filiū dei eē. et hō est timens
mortē dicēs. Tristis ē aīa mea vsq̄ȝ ad
mortē ⁊c̄. Et m'ltos q̄s feci curuos sana
uit. ⁊ claudos erexit. Rn̄dens infernus
dixit. Si potēs es tu q̄lis ē hō ille ih̄s
q̄ timēs mortē potētie tue aduersatur
Nā si dic̄ se timere mortē caꝑe te vult.
⁊ ve tibi erit in sempit̄na sc'la. Cui sa-
than. Ego illū tēptaui. ⁊ ꝓpl'm aduer
sum illū excitaui. iaȝ lanceā exacui. fel
⁊ acetū miscui. lignū crucis preꝑaui. in
ꝓximo est mors eius vt ꝑducā eū ad te.
Cui infernus. Ip̄e ne est q̄ suscitauit la
zarū quē tenebā. Cui sathan. Ip̄e est.
Cui infernus. Cōiuro te ꝑ ꝟtutes tuas
⁊ meas ne ꝑducas eū ad me. Ego em̄
cum audiui impiū ꝟbi eius ꝯtremui.
nec ip̄m lazarū cōtinere potui. sȝ excu
tiēs se vt aq̄la suꝑ omnē agilitatē sali-
ens exiuit a nob̄. Et cuȝ hec loqueret̄.
facta est vox vt tonitruū dicens. Tol-
lite portas principes vr̄as. ⁊ eleuami
ni porte eternales. ⁊ itroibit rex gl'ie. Ad
hanc vocē ꝯcurrerūt demōes ⁊ hostia
enea cū vectibus ferreis clauserūt. Tūc
dixit dauid. Nōne ego ꝓphetaui dicēs
Cōfiteant̄ dn̄o ⁊c̄. q̄ cōtriuit portas
ereas ⁊c̄. Facta est iterꝝ vox magna di
cens. Tollite portas ꝑn. ⁊c̄. Uidēs in
fernus ꝙ duabus vicibus clamauerat. q̄si
ignorans dixit. Quis est iste rex gl'ie.
Cui dauid. Dn̄s fortis ⁊ potens. dn̄s
potēs in ꝑlio. ip̄e ē rex gl'ie. Tunc rex
gl'ie suꝑuenit. ⁊ eternas tenebras illu-
strauit. Et extēdēs dn̄s manū ⁊ tenēs
dexterā ade dixit. Pax tibi cum oībus fi
lijs tuis iustis meis. Et ascendit dn̄s
ab inferis. ⁊ omnes scī sunt euȝ secuti.

Dñs ãt tenẽs manũ ade tradidit mi-
chaeli archangelo. ꝛ introduxit eos in
paradisuꝫ. Quib° occurrerũt duo viri
vetusti dieꝝ ꝛ iterrogati sunt a sanctꝭ
Qui estis vos qui nobiscuꝫ in ifernis
mortui nõdũ fuistis. ꝛ in paradiso cor
pe collocati estis. Et rñdit vnus ex eis
Ego suꝫ enoch q̃ huc trãslat° suꝫ. h ãt
est helias: q̃ huc curru igneo assumpt°
est. ꝛ adhuc morte nõ gustauimus sed
vsq; in aduẽtũ antixpi reseruati sumus
cũ eo pliaturi. ꝛ ab eo occidẽdi et post
triduũ ꝛ dimidiũ diẽ i nubib° assumẽ-
di. Et cũ hec dicerꝫ ecce superuenit ali°.
vir portans in humeris crucis signũ
Qui iterro at° q̃s esset dixit. Ego la-
tro fui ꝛ cuꝫ ihu crucifix° fui. ꝛ credidi
ipꝫ eẽ creatorẽ ꝛ oraui dicẽs. Memor
esto mei dñe qñ venerꝭ in regnũ tuũ.
Tũc dixit mihi. Amẽ dico tibi. hodie
mecũ eris in paradiso. Et dedit mihi
istõ crucꝭ signũ dicẽs. Hoc portãs am
bula i paradisũ. ꝛ si nõ dimisit te igre
di angel° custos paradisi. ostende illi si
gnũ crucis ꝛ dices ad illũ. Quia xps
q̃ nũc crucifix° est. trãsmisit me. Et cũ
h fecissẽ ꝛ dixissem angelo stati apiẽs
itroduxit me ꝛ ad dexterã paradisi col
locauit me. Cũ h carin° ꝛ leuci° locuti
fuissẽt. subito trãsfigurati sũt. ꝛ ãpli° ñ
visi sũt. Gregori° q̃ꝫ nicen° vł s̃m q̃sdã
libros augustin° de h eodẽ sic ait. Cõ-
festi eťna nox: iferoꝝ xpo descẽdẽte re-
splenduit. mox ferruginei ianitores ta
lia iter se vmbrosa silẽtia metu icũben
te submurmurãt. Quis nã ẽ iste tribi
lis ꝛ nimio splẽdore corusc°. Nũq; ta-
lem nr̃ excepit tartar°. Nũq; i nr̃aꝫ ca
uernã talẽ euomuit mũd°. Inuasor ẽ
iste nõ debitor. effractor ẽ ꝛ dstructor:
nõ pctõr. sꝫ predator: iudiceꝫ videm° ñ
supplicẽ. venit pugnare nõ succũbere:
eripere non manere.

Legenda liij.

De scõ Secũdo martyre.

Ecundus dicit̃ quasi
se ꝯdẽs. i. se honestate moꝝ
ꝯponẽs. Vł scõs dr̃ q̃si secũ
dãs. i. obsecũdãs. i. mãdatꝭ dñi obtẽ-
perans. Vel secundus quasi secũ dux
fuit eniꝫ suus dux. quia ratione sensua
litati bene prefuit. et ipsam ad omne
opus bonuꝫ perduxit. Vel secundus
dicitur respectu primi. Due eniꝫ sunt
vie eundi ad vitam. Prima per peni-
tentie lamentum. scõa per martyri-
um. Iste autẽ martyr preciosus nõ
solum iuit per primam sed etiam per
secundam.

Ecundus miles strenuus
et athleta christi egregius
martyrq; domini glorios°
in ciuitate astensi marty-
rio coronatus est. Cuius gloriosa pre
sentia predicta ciuitas illustratur. ꝛ eo
velut singulari patrono letatur. Hic
a beato colocero qui a sambricio pre-
fecto in ciuitate astensi in carcere tene-
batur fidem christi edoctus est. Cum
igitur beatus martianus in terdonen
si ciuitate detineretur in carcere. sam-
bricius illuc proficisci voluit vt cum
faceret immolare. Secundus autẽ
tanq; causa solacij secum est profectus
beatum marcianum videre desiderãs
Cum ergo extra ciuitatem astensem
fuissent. columba super secundum de
scendit. et capiti eius insedit. Cui di-
xit sambricius. Vide secunde q; dij no
stri te amant. vt etiam aues celestes
ad te visitandum transmitant. Cum
autem ad tanagrum fluuium perue-
nissent. vidit secundus angelum do-
mini super aquam ambulantem ꝛ si-
bi dicentem. Secunde fidem habeas
ꝛ sic super ydolorum cultores ambu-
labis. Cui sambricius. Frater secũ
de deos audio ad te loquentes. Cui
secundus. Ambulemus ad desideria
cordis nostri. Cum vero ad burimaꝫ
flumẽ peruenissent. angelus similiter
ibidem sibi apparuit. eiq; dixit. Se-
cunde credis in deum an forte dubi-
tas. Cui secundus. Credo veritatem
passiõis ꝛ resurrectionis ei°. Cui sam
bricius. Quid est qd audio de te. Cũ
autem terdonam ingrederetur. mar-

cianꝰ ad p̄ceptū angeli de carcere exiēs
secundo apꝑuit eiq; dixit. Intra scōe
viā ꝓitatꝭ ⁊ perge vt accipias palmā
fidei. Sambricius dixit. Quis est hic
qui nobis q̄si somniās loquit̃. Cui se
cundꝰ. Tibi somniū sed mihi ammo-
nitio ⁊ cōfortatio est. Post hoc secūdꝰ
mediolanū iuit. ⁊ faustinū ⁊ ionitaʒ q̄
in carcere detinebāt̃ angelus dn̄i ad
se extra ciuitateʒ adduxit. ⁊ ab eis ba-
ptisma quadā nube aquā p̄bente su-
scepit. Et ecce subito columba de celo
venit. ⁊ corpꝰ ⁊ sanguinē dn̄i deferens
ea faustino ⁊ ionite tribuit. Dedit āt
faustinꝰ corpus ⁊ sanguinē dn̄i secūdo
vt ad marcianū deferret. Rediēs igit̃
secundus cū iā nox esset ⁊ ad ripā pa-
di venisset: angelus dn̄i frenū accipiēs
equi suꝑ padū ipʒ trāsuexit. ⁊ vsq; ter
donā in carcerē ad marcianū eū intro
duxit. Deditq; secūdus marciano mu
nus faustini et ip̄e illud sumēs dixit.
Corpus ⁊ sanguis dn̄i mecū sit in vi-
tam eternā. Tūc ad mandatū angeli
secundꝰ de carcere exiuit. ⁊ ad suū ho-
spitiū iuit. Post h̄ marcianꝰ capitaleʒ
sentētiā accepit ⁊ scōs corpꝰ eiꝰ rapiēs
sepeliuit. Qd̄ audiēs sambriciꝰ ipsum
ad se vocauit. eiq; dixit. Quātū video
xp̄ianū te eē ꝓfiteris. Cui secūdꝰ. Ue
re xp̄ianū ꝓfiteor me esse. Cui sambri
ciꝰ. Quātū video malā mortē deside-
ras. Cui secūdꝰ. Illa tibi potiꝰ debet̃.
Cūq; sacrificare nollet: iussit eū expo-
liari. Statimq; angelꝰ dn̄i affuit ⁊ ve
stē sibi parauit. Tūc sambriciꝰ eum in
eculeum suspensum tam diu torqueri
fecit. donec eius brachia a suis cōpa-
ginibꝫ soluerentur. Sʒ cum fuisset sa-
nitati p̄stine a dn̄o restitutꝰ. iussit eū i
carcerē reduci. Ubi dū eēt angelꝰ dn̄i
ad eū venit. eiq; dixit. Surge secūde
seq̄re me. ⁊ ducā te ad creatorē tuum.
Tūc ip̄m vsq; i ciuitatē astēseʒ ꝑduxit
⁊ eū in custodia vbi erat colocerꝰ ⁊ sal-
uator cū eo posuit. Quē vidēs secūdꝰ
ad eius pedes se ꝓiecit. Cui saluator.
Noli tiere scōe. q2 ego suʒ dn̄s deꝰ tuꝰ
q̄ te de oibꝫ malis eripiaʒ. Bn̄dicēsq;
eis ascēdit in celū. Mane igit̃ sambri
ciꝰ ad carcerē misit q̄ carcerē q̄dē sigīlī
inuenerūt. Secūdū ꝓo nō inuenerūt.
Pergēs aūt sambriciꝰ de terdona ad
ciuitatē astēsem vt saltē colocerꝝ puni-
ret. iussit vt p̄dictꝰ colocerꝰ sibi p̄n̄tare
tur. Et ecce nūciauerūt sibi ꝙ secundꝰ
cū colocero eēt. Quo audito eos ad se
adduci fecit. eisq; dixit. Oīm dij nr̄i sci
unt vos eē ꝯtemptores suos vos insil̃
mori volūt. Cū aūt sacrificare nollent
picē cū resina liq̄fieri fecit. ⁊ suꝑ eoruʒ
capita fundi. ⁊ in ora eoꝝ iactari. Illi
aūt h̄ tanq; aquā suauissimā cū mag̃
desiderio bibebant. ⁊ voce clara dice-
bant. Quā dulcia faucibꝫ meis eloq̇a
tua dn̄e. Tūc sambriciꝰ suꝑ eos dedit
sn̄iam. vt secūdꝰ in ciuitate astēsi decol
laret̃. collocerꝰ ꝓo albiganū mitteret̃.
⁊ ibidē puniret̃. Cū aūt btūs secundꝰ
decollatꝰ fuisset. ecce angeli dn̄i corpus
eiꝰ tulerūt. ⁊ ip̄m cū multis laudibꝫ ⁊
cantu sepulture dederūt. Passus ē au
tē. iij. kal̃. apl̃. Le. liiij.

De sancta Maria egyptiaca.

Maria egyptiaca que
peccatrix appellat̃. xlvij. an
nis in heremo artissimaʒ
vitā duxit. quā circa annos dn̄i. cclxx.
tꝑe Claudij intrauit. Quidā aūt ab-
bas noīe zozimas dū iordanē trāsissʒ
⁊ heremū magnā ꝑcurreret. si forte a-
liquē sctm̄ p̄rem inueniret vidit q̄ndā
ambulātē. nudo nigroq; corꝑe ⁊ ex in
cēdio solis exusto. Hec aūt erat Ma-
ria egyptiaca. Statiq; hec fugā arri-
puit. ⁊ zozimas pꝰ eā velociꝰ currere ce
pit. Tūc ait illa Abba zozima q̇d me
ꝑseq̄ris. Ignosce mihi nō possū faciē
meā ad te ꝯuertere. eo ꝙ mulier sim et
nuda: sed palliū tuuʒ mihi porrige vt
possiʒ sine verecūdia te videre. Qui se
noīari audiēs stupefactꝰ palliū tribu-
it. ⁊ i t̃rā ꝓstratꝰ vt se bn̄diceret roga-
uit. Cui illa. Ad te p̄r bn̄dictio magis
spectat: quē sacerdotij dignitas ornat
Ille vt audiuit ꝙ nomē ⁊ officiū eiꝰ sci
ret āpliꝰ mirabat̃. et se bn̄dici obnixꝰ

ꝑcabat̃. Tũc illa. Bñdictꝰ deꝰ redem
ptoꝛ aĩaꝝ nr̃aꝝ. Cũq; illa extẽsis ma-
nibꝫ oꝛaret. vidit q̃si vniꝰ cubiti mẽsu-
ra eleuari a t̃ra. Tũc senex dubitare ce
pit ne forte spũs eẽt. ⁊ fingẽdo oꝛonẽ
faceret. Cui illa. Satisfaciat tibi deꝰ
q̇ me peccatricẽ mł'ierẽ imũdũ spm̃ ex
istimasti. Tũc zozimas illã ꝑ dñm cõ
iurauit vt cõditõz suã ei narrare debe
ret. Cui illa. ig̃sce mihi p̃r q꞉ si tibi sta
tũ meũ narrauero. velut a serpẽte terri
tus fugies. ⁊ aures tue a ꝟmonibꝫ me
is ꝯtamiabũt̃. ⁊ aer a soꝛdibꝫ polluet̃.
Cunq; ille vehemẽter instaret dixit.
Ego fr̃ i egypto nata suz. xij. etat̃ mee
anno alexãdriã veni. ibiq;. xvij. annis
publice libidini me subieci. ⁊ nulli vl-
lateñꝰ me negaui. Cũ ãt hoĩes illiꝰ re-
ligiõis ꝓ adoꝛãda sctã cruce hierosoly-
mã ascẽderẽt. rogaui nautas vt me se
cũ dimitterẽt ꝓficisci. Cum ꝟo me de
naulo req̃rerẽt dixi. Nõ habeo frẽs a-
liud naulũ sꝫ ꝓ naulo coꝛpꝰ habeatis
meũ. Sicq; sumpserũt me. ⁊ coꝛpꝰ me
um nauli gr̃a habuerũt. Cũ ãt hiero-
solymã ꝑuenissẽ ⁊ ꝓ adoꝛãda cruce vs
q; ad foꝛes eccł'ie cũ alijs deuenissem.
subito ⁊ inuisibił'r repulsam patioꝛ. nec
intꝰ intrare ꝑmittoꝛ Iteꝝ ãt atq; iteꝝ
ꝑueni vsq; ad limẽ ianue ⁊ subito iniu
riã patiebar repulse cũ tñ om̃es libeꝝ
hr̃ent aditũ. nec aliq̃d iuenirẽt ipedi-
mẽtũ. Rediẽs igit̃ ad me ⁊ cogitãs ꝙ
h̃ mihi ob sceleꝝ meoꝝ imanitatẽ ac-
cideret. pectꝰ meũ cepi manibꝫ tũdere
lachꝛymas amarissimas fundere. ⁊ a
coꝛdis intimo g̃uiter suspirare. Respi
ciẽsq; vidi ibi imaginẽ btẽ ꝟgis Ma
rie. tũc ip̃am lachꝛymabił'r exoꝛare ce
pi vt pctõꝝ meoꝝ veniam ipetraret ⁊
ad adoꝛãdũ crucẽ sctãz me intrare ꝑ-
mitteret. ꝓmittẽs me secł'o abrenũcia
turã. ⁊ d̃ cetero castã mãsurã. Cũq; h̃
oꝛassẽ ⁊ i noĩe btẽ ꝟginis fiduciã re-
cepissẽ foꝛes iteꝝ eccł'ie adij. ⁊ sine ali
q̊ ipedimẽto eccł'iaz itraui. Cũ ãt san-
ctã crucẽ deuotissime adoꝛassẽ. q̇daz
mihi tres nũmos tribuit. de q̇bꝫ tres
panes emi. audiuiq; vocẽ dicẽtẽ mihi

Si ioꝛdanẽ trãsiers̃. salua ers̃. Ioꝛda-
nẽ igit̃ trãsiui. ⁊ in h̃ desertũ veni vbi
xlvij. annis nullũ penitꝰ hoĩem vidẽs
mãsi. Illi aũt tres panes q̊s mecũ de
tuli instar lapidis ꝑ tꝑa durauerũt. et
xlvij. annis mihi ex his comedẽdo suf
fecerũt Vestimẽta ãt mea iãdudũ pu
trefacta sunt. xvij ꝑ̇mis annis i h̃ dest̃-
to a temptatõibꝫ carnalibꝫ molestata
fui. sꝫ nũc ꝑ dei gr̃az oẽs vici. Ecce oĩa
oꝑa mea tibi narraui. ⁊ rogo vt ꝓ me
ad deũ ꝑ̃ces fundas Tũc senex ad ter
rã ꝓstratꝰ. in famł'a sua dñm bñdixit
Cui illa. Obsecro te vt i die dñice ce-
ne ad ioꝛdanẽ redeas. ⁊ coꝛpꝰ dñicũ te
cũ feras. Ego ãt ibidẽ tibi occurraz ⁊
de manu tua coꝛpꝰ sacrũ suscipiã. Nã
a die q̃ huc veni. cõionẽ dñi nõ accepi
Rediẽs igit̃ senex ad monasteriũ euo
luto anno dũ dies cene appꝛopinq̃ret
tulit coꝛpꝰ dñicũ ⁊ vsq; ad ripã ioꝛda
nis veniẽs ex alia ripa mł'ierẽ stantẽ ꝓ
spexit. Que sup̃ aq̃s facto cruc̃ signa
culo iuit ⁊ ad senẽ vsq; ꝑuenit. Quaz
vidẽs senex obstupuit. ⁊ ad pedes eiꝰ
hũilit̃ se ꝓstrauit. Cui illa. Vide ne fe
ceris cũ sacr̃a dñica penes te habeas
⁊ sacerdotij dignitate refulgeas. Sꝫ
obsecro vt seq̃nti anno ad me p̃r redi-
re digners̃. Tũc illa facto sig̃ cruc̃ suꝑ
ioꝛdanis aq̃s iuit. ⁊ heremi solitudiẽz
petiuit. Senex ꝟo ad suũ mõasteriuz
rediẽs seq̃nti anno ad locũ in q̊ secũ ꝑ̇
mo locutꝰ fuerat venit. ⁊ eã ibidẽ expi
rasse reꝑꝑit. q̇ lachꝛymari cepit ⁊ ip̃az
tãgere nõ p̃sumpsit. Dixitq; intra se.
Ego q̇dẽ coꝛpusculũ sctẽ sepelire vole
bã. sꝫ timeo ne h̃ sibi displiceat. Hec
eo cogitãte. vidit iuxta caput suũ lr̃as
in t̃ra descp̃tas. ita ꝯtinentes. Sepeli
zozima Marie coꝛpusculũ redde ter-
re puluerẽ suũ. ⁊ oꝛa ꝓ me ad dñm ad
cuiꝰ ꝑ̃ceptũ scd̃a die aplis reliq̇ h̃ secu-
lũ. Tũc senex ꝓ certo cog̊uit. ꝙ mox vt
dñi sacr̃a accepit. ⁊ ad dest̃tũ redijt. vi-
tã finiuit. Illudq; dest̃tũ q̃d zozimas
ꝑ triginta dieꝝ spaciũ vix ambulauit
illa i vna hoꝛa ꝑcurrit. ⁊ ad deũ mig̃-
uit. Cũq; senex terrã foderet sꝫ neq̃ret

vidit leonē ad se veniētē mansuete. dixitq͂ ei. Sctā h̄ mulier pcepit sepelire corp⁹ suū. ꝛ ego cū sim senex fodere nō possuȝ nec etiā aptū habeo ferramētū Tu ḡ terrā fode vt possim⁹ ei⁹ corpus sctissimū sepelire. Tūc leo cepit fodere ꝛ aptā foueā pparauit. Quo pacto leo vt agnus māsuet⁹ abijt. ꝛ senex ad suū mōasteriū glorificans deū venit.

Le.lv. A De scō Ambrosio.

Mbrosius dicitur de ambra. q̄ est spēs valde redolēs ꝛ pciosa. Ipe em̄ ecclesie valde pciosus extitit ꝛ in dict꜡ ꝛ i factis suis valde redoluit Uel dr̄ ambrosi⁹ ab ambra ꝛ syos qd̄ est de⁹. q̄si ambra dei. De⁹ nanq͂ p eū q̄si p ambrā vbiq͂ redolet. Fuit em̄ et est bon⁹ odor xp̄i in om̄i loco. Uel dr̄ ab ambor. qd̄ est pr̄ lumis. ꝛ syor qd̄ ē puulus. q꞉ pr̄ in multoꝝ filioꝝ spūali generatōe. lumiosus i sacre scp̄ture expositōe. ꝛ puul⁹ in sua humili ꝯuersatiōe. Uel sic dr̄ in glosario Ambrosius. odor vel sapor xp̄i. celestis ambrosia esca angeloꝝ. ambrosiū celeste mellis fauū. Fuit em̄ celestis odor p odoriferā famā. sapor p ꝯtēplationē internā. celeste mellis fauū p dulcē scp̄turarū expositōeȝ. esca angelica p gl'iosam fruitōeȝ. Ei⁹ vitā scp̄sit paulin⁹ nolanus ep̄s ad Augustinū.

Mbrosius fili⁹ ambrosij p̄fecti rome. cū in cunabulis i atrio p̄torij eēt posit⁹ ꝛ dormiret examē apum subito veniēs faciem ei⁹ ꝛ os ita ꝯpleuit. vt q̄si in alueolū suū intrarēt pariter ꝛ exirēt. Que postea euolātes in tantā aer꜡ altitudinē subleuate sunt. vt hūanis ocul' minime viderēt. Quo pacto territ⁹ pr̄ ait. Si vixerit infantul⁹ iste. aliq̄d magni erit Postea cū adoleuisset ꝛ videret mr̄eȝ ꝛ sororē sacram v̄ginē man⁹ sacerdotibus osculari ip̄e ludēs sorori dexteraȝ offerebat asserens ꝛ sibi id ab ea fieri optere. Illa v̄o vt adolescētē ꝛ nesciētē q̄d diceret respuebat. Rome igr̄ l'ris erudit⁹ cū causas p̄torij splēdide pororet. a valētiniano ip̄atore ad regēdū liguriā emiliāq͂ ꝓuincias direct⁹ ē. Cūq͂ mediolanū venisset ꝛ ibidē ep̄s tūc deesset. ꝯuenit pp̄l's vt sibi de ep̄o ꝓuideret. Sȝ cū inter arrianos ꝛ catholicos de eligēdo ep̄o seditio nō modica oriret̃. illuc amb. cā sedāde seditōis p̄rexit ꝛ statim vox infant꜡ insonuit di. Ambrosiū ep̄m. Cui⁹ voci oēs vnanimes ꝯsenserūt. ambrosiū ep̄m acclamantes. Quo ille cognito. vt eos a se terroribꝫ remoueret eccl'iam exiēs tribunal ꝯscēdit ꝛ ꝯ̄ ꝯsuetudinē suā tormenta ꝑsonis adhiberi iussit. Quod cū faceret. pp̄l'us nihilomin⁹ acclamabat. Peccatū tuum sup nos. Tūc ille turbat⁹ domū redijt ꝛ phiam ꝓfiteri voluit. Qd̄ vt ne faceret reuocat⁹ est. Publicas m'l'ieres publice ad se ingredi fec. vt his visis ab ei⁹ electiōe pp̄l'm reuocaret. Sȝ cū nec sic ꝓficeret. s꜡ sp pp̄l'm peccatū tuū sup nos acclamare videret fugā media nocte petijt. Cunq͂ ticinum pgere se putaret. mane ad portā ciuitat꜡ mediolanēs̃. q̄ romana dicit̃ inuenit̃. Qui inuētus cū custodiret̃ a pp̄l'o missa ē relatio ad clemētissimū imperatorē Ualētinianū. Qui summo gaudio accepit. q꞉ iudices a se directi ad sacerdotiū peterent̃. Letabat̃ ei ꝓbus p̄fectus. q꞉ verbū suū fuerat i eo adimpletū. Dixerat em̄ cū ꝓficiscenti mādata donaret. Uade age nō vt iudex sed vt ep̄s. Pendēte relatōe iteruȝ abscōdit̃. s꜡ inuēt⁹ cū adhuc eēt cathecumin⁹ baptizat̃. ꝛ octauo die i episcopalē cathedrā sublimat̃. Cū aūt post annos q̄ttuor romā iuisset. ꝛ soror sua sacra v̄go ei⁹ dexterā oscularet̃. subridens ait. Ecce vt dicebā tibi sacerdotis manū oscularis. L Cū aūt ī quādā ciuitatē p q̄dam ep̄o ordinando iuisset. ꝛ ei⁹ electōi Justina imperatrix ꝛ alij heretici ꝯtradicerēt volētes vt aliq̄s de sua secta ordinaret̃. vna de arrianoꝝ virginibꝫ ipudentior ceter꜡ tribunal ꝯscendit. ꝛ btm̄ ambrosiū p vestimētū apphendit. volens ip̄m ad

ptem mulieꝝ trahere vt ab eis cesus de eccl'ia cū iniuria pelleret. Cui ambrosi⁹ ait. Et si ego indign⁹ sum tāto sacerdotio tibi tñ nō ɔuenit in ɋlecunqꝫ sacerdotē man⁹ inijcere. Vñ timere debuisti iudiciū dei ne tibi aliqd cōtingat. Qd dictū exitus cōfirmauit. Nā die alio mortuā ad sepulchrū vsqꝫ deduxit. grāz ꝑ ɔtumelia expēdēs. Qd factū oēs ꝑterruit. Post h̄ mediolanū reuersus. inumeras insidias a Justina impatrice ꝑtulit muneribꝫ ꝛ honoribꝫ aduersus eū ꝑplos excitāte. Cū ḡ multi eū in exiliū pellere niterent. vn⁹ eoꝝ ceteris infelicior in tātuz furorē excitat⁹ est. vt iuxta eccl'iam domū sibi locaret. ac in ea ɋdrigā paratam haberet. q̄ ꝑcurante Justina facilius raptū ad exiliū deportaret. Sed dei iudicio ipo die q̄ euz rape arbitrabat̄ in eadē ɋdriga de eadē domo i exiliū pulsus est Cui tñ ambrosi⁹ reddēs bona ꝑ malis sumpt⁹ ꝛ necessaria ministrauit. Cant⁹ ꝛ officiū in eccl'ia mediolanensi pmū celebrari instituit.

Erāt ꝛ tunc tꝑis mediolani multi a demonibꝫ obsessi. q̄ se torqri ab ambrosio magnis vocibꝫ clamabāt. Justina aūt ꝛ mlti arrianoꝝ cū sit' habitarēt. dicebāt ambrosiuz pecunia homines compare q̄ se ab imūdis spiritibꝫ vexari mentirent̄ ꝛ ab ambro⁹o dicerēt se torqri. Tūc subito vn⁹ ex illis arrianis q̄ astabāt. arrept⁹ a demonio i mediū ꝓsilijt atqꝫ clamare cepit. Vtinā sic torqrent̄ vt torqor q̄ nō credūt ambrosio. At illi ɔfusi in piscinā immersum hoiem necauerūt Quidā heretic⁹ acerrim⁹ disputator ꝛ durus ꝛ incōuertibilis ad fidē. cū audiret ambrosiū pdicantē. vidit angeluz ad aures ei⁹ loq̄ntē ꝟba q̄ ꝑplo pdicabat. Quo viso fidē quā ꝑseqbat̄ cepit defendere. Quidā aruspex demones aduocabat. ꝛ ipos ad nocēdū ambrosio trāsmittebat. Sꝫ r̄uersi demones renūciabāt qꝫ nō solū ad ipm sꝫ nec etiā ad fores dom⁹ sue appropinquare valebāt. qm̄ ignis insupabilis omē illud edificiū cōmuniret vt etiaz longe positi vrerent. Predict⁹ ꝟo aruspex cū a iudice ꝑpter ɋdam maleficia torqret. clamabat ampli⁹ ab ambrosio se torqri. Quendā demoniacuz mediolanū ingrediētē dmon dimisit. egredientē iuasit. Interrogat⁹ de h̄ demon. ait ambrosiū se timuisse. Ali⁹ ɋdam nocte ei⁹ cubiculū adijt. vt gladio ipm necaret. pce ac pcio a iustina induct⁹. Sꝫ cū dextera gladiū eleuasset vt ipm ꝑcuteret. ɔtinuo aruit manus ei⁹. Cū viri thessalonice ciuitatis impatori aliqd deliqssent ꝛ eis impator pcibꝫ bti ambrosij idulsisset. clā agēte curialiū malicia ꝑ iussuz impatoris nesciēte ambrosio plurimi sunt occisi. Qd vt ambro. cōperit. impatori copiā intrādi eccl'iaz denegauit. Cui cū impator diceret qꝫ Dauid adulteriū ꝛ homicidiū cōmisisset r̄ndit. Qui secut⁹ es errantē. seqre corrigētez. Qd cū audiss; clemētissim⁹ ipator. ita gratāter suscepit qꝫ purā pniam agere nō negauit. Quidā a dmonio arreptus clamare cepit ab Amb. se torqri. Cui amb. Obmutesce diabole qꝛ ñ te torquet amb. sꝫ tua iuidia. qꝛ illuc hoies ascēdere ɔspicis vñ tu turpit̄ corruisti. Nā amb. nescit inflari. At ille statim obmutuit. Quadā vice cū beat⁹ amb. ꝑ ciuitatē ꝑgeret casu ɋdā lapsus ē. ꝛ in terra ꝓstrat⁹ iacebat. qd vidēs alter ridere cepit. Cui amb. Et tu q̄ stas vide ne cadas. Quo dicto statim lapsuz suū doluit q̄ riserat alienū. Quadā ēt vice amb. ad palaciū macedonij magri officioꝝ vt ꝑ ɋdā intcederet vēit. Sꝫ cū fores clausas iuenisset nec itrādi copiā hr̄e potuiss; ait. Et tu ɋdē venies ad eccl'iaz ꝛ ñ claus̄ ianuis sꝫ apt; itrare ñ valeb. Elapso aliq̄ tpe metuēs inimicos macedoni⁹ ad ecclesiaz fugit ꝛ patētibꝫ ianuis aditū repire ñ potuit. Fuit ēt tāte abstinētie qꝫ q̄tidie nisi i sabbo ꝛ die dñico ꝛ fest; pcipuis ieiūabat Tāte ēc largitat; erat qꝫ oia q̄ hr̄e poterat eccl'ijs ꝛ paupibꝫ nil sibi r̄tinēs t̄buebat Tāte ɔpassiōis vt

cũ aliq̈s lapsuʒ suũ sibi ꝯfitebaꝛ. sic a-
marissime flebat ꝙ illũ siłr flere cõpel
lebat. Tãte hũilitatꝫ ac laboris. vt li
bros q̊s dictabat ꝓpria manu scribe-
ret. nisi cũ infirmitate corꝑis ǧuareꝛ.
Tãte ãt pietatꝫ ⁊ dulcedis. vt cũ ali-
cuiꝰ sctĩ sacerdotꝫ vel epĩ sibi obitꝰ nũ-
ciareꝛ. sic amarissime flebat vt vix ꝯso
lari valeret. Cũ aũt inťrogareꝛ cur vi
ros sctõs q̇ ad glíaʒ ꝓficiscebãꝛ sic fle-
ret aiebat. Ne putetꝫ me flere ꝙ reces-
serint. sʒ q2 me p̄cesserint. ⁊ q2 difficile
inueniꝛ q̇ taʒ dignꝰ eiꝰ officio habeaꝛ.
Tãte etiã ꝯstãtie ⁊ fortitudis ꝙ iꝑa-
toris vel p̄ncipũ vicia nõ palpabat. sʒ
eos voce libera ꝯstãtissime arguebat.

Cũ q̇dã vir q̇ddã flagitiũ ꝑpetras-
set. ⁊ corã eo adductꝰ fuisset. dixit am-
brosiꝰ. Oꝑtet illũ tradi sathane i inte
ritũ carnis ne talia deinceps audeat
ꝑpetrare. Quem eodẽ momẽto cũ ad
huc ꝭmo eẽt i ore eiꝰ imũdꝰ spũs discer
pere cepit. Quadã vice vt aiũt cũ be
atꝰ amb. romã ꝑgeret. ⁊ in q̃dã villa
tuscie apud quẽdã hoiem nimiũ locu-
pletẽ hospitatꝰ fuisset. illũ hoiem suꝑ
statu suo solicite req̇siuit. Cui ille rñ-
dit. Statꝰ meꝰ dñe sꝑ felix extitit ⁊ glo
riosus. Ecce em̃ diuitijs infinitꝫ abũ-
do. seruos ⁊ famł̃os q̃ꝫplures habeo.
copiosaʒ filioꝝ ⁊ nepotũ turbã possi-
deo ⁊ oia sꝑ ad vota habui. nec vnq̃ꝫ
mihi aliq̇d aduersuʒ accidit. vel q̇d cõ
tristaret euenit. Qd audiẽs amb. ve-
hemẽter obstupuit ⁊ his q̇ erãt secuʒ i
comitatu dixit. Surgite ⁊ hinc q̃ꝫoti
us fugiamꝰ. q2 dñs nõ ẽ in loco isto.
Festinate filij festinate. nec in fugiẽdo
morã facite. ne nos h̄ diuia vltio apꝑ̄
hẽdat. ⁊ in pctis illoꝝ nos ꝑiter iuol-
uat. Cũ g̊ fugerẽt ⁊ aliq̃ntulũ ꝓcessis-
sent subito se terra aperuit. ⁊ hoiem il
lũ cũ vniuerꝭ q̇ ad illũ ꝑtinebãt ita ab
sorbuit. vt nullũ iñ vestigiũ ꝛ̃manerct
Qd cernens amb. dixit. Ecce frẽs q̃ꝫ
miꝭicordiꝛ deꝰ ꝑcit cũ h̄ aduersa tribu
it. ⁊ q̃ꝫ seuere irasciꝛ cũ sꝑ ꝓspera elar-
giꝛ. In eodẽ ãt loco fouea q̃dã ꝓfun-
dissima remãsisse dꝛ q̇ vsq̃ꝫ hodie i hꝰ
scti testioniũ ꝑseuerat. F Cũ aũt
sctũs amb. radicẽ oiʒ maloꝝ auariciã
magꝫ ac magis i hoibꝫ crescere cerne-
ret ⁊ maxie in his q̇ erãt i ptãtibꝫ ꝯsti
tuti apd̄ q̊s oia p̄cio vẽdebãꝛ. necnõ ⁊
in his q̇ erãt sacrꝫ misterijs deputati.
vehemẽter igemuit. ⁊ se de hꝰ secłi erũ
na liberari instãtiꝰ exorauit. Qui cũ se
id obtinuisse gauderet. reuelauit fribꝫ
ꝙ vsq̃ꝫ ad resurrectõeʒ dñicã cũ eis eẽt
Añ ꝟo paucos dies q̃ꝫ lectulo detine
reꝛ. cũ. xliiij. psalmũ cũ notario dicta-
ret subito ipo vidẽte notario i moduʒ
scuti breuis ignis caput eiꝰ oꝑuit. atq̃ꝫ
paulatiʒ ꝑ os eiꝰ tãq̃ꝫ i domũ hitatoꝛ
intrauit. Tũc facies eiꝰ tanq̃ꝫ nix effe-
cta ẽ. sʒ postmodũ ad suã spẽʒ reuersa
est. Ipo igr̃ die scribẽdi ⁊ dictãdi finẽ
fec̃. nec ipʒ psalmũ explere potuit. Pꝰ
igr̃ paucos dies infirmitate corꝑis la
borare cepit. Tũc comes italie cũ me
diolani eẽt nobiles ꝯuocauit dicẽs ꝙ
tanto viro recedẽte ꝑiculũ eẽt ne italie
interitꝰ imineret. Rogauitq̃ꝫ vt ad vi
rũ di accederẽt. rogãtes vt sibi adhuc
spaciũ viuẽdi vno ãno a dño ipetrarʒ
Qd ille vt ab illis audiuit rñdit. Nõ
ita inť vos vixi vt me viuere pudeat.
nec mori timeo cũ bonũ dñm habea-
mus. Eo tꝑe q̃ttuor eiꝰ dyaconi iui-
cẽ ꝯuenerũt. tractãtes inť se q̇s pꝰ eius
obitũ bonꝰ eẽt eps. Cũ g̊ a loco i q̊ vir
dei amb. iacebat lõge eẽnt. ⁊ Siplici-
anũ ita silẽter noiassent vt vix inuicẽ se
audirẽt ille ab eis lõge positꝰ tercio ex
clamauit. Senex sʒ bonꝰ. Qd audiẽ-
tes ťriti fugeꝛ̃t ⁊ ñ nisi illũ pꝰ eiꝰ obitũ
elegeꝛ̃t. In loco ãt i q̊ iacebat vidit ie-
suʒ ad se veniẽtẽ ⁊ sibi vultu alacri ar-
ridẽtẽ. Honoratꝰ ꝟo eps vercelleꝭ q̇
bti amb. obitũ expectabat. cũ se sopo
ri dedisset. vocẽ tercio se clamãtꝫ audi-
uit. Surge q2 mõ ẽ recessurꝰ. Qui cõ-
surgẽs mediolanũ ꝯcitꝰ venit ⁊ ei dñi
ci corꝑis sacr̃m dedit. Moxq̃ꝫ ille ma
nus i modũ crucꝫ expandit ⁊ vltimuʒ
spm̃ inť ꝟba oꝛ̃ois efflauit. Floruit cir
ca ãnos dñi. ccclxxxix. Cũ aũt i nocte
pasche corpꝰ eiꝰ ad ecciaʒ fuissʒ delatũ

plurimi infantes baptizati eũ viderẽt
ita vt aliq̃ eũ sedentẽ i cathedra tribu
nali dicerẽt. alij ascendentẽ digito suis
pentib⁹ demõstrarẽt. nõnulli ꝟo stellã
sup caput ei⁹ se videre narrarẽt. Qui
dã p̃sbyter cũ in ꝯuiuio cũ m̃ltis alijs
eẽt. ⁊ sctõ ambrosio detrahere cepisset
eũ ꝯtinuo plaga pculit ⁊ d̃ ꝯuiuio ad
lectũ duct⁹ vitã finiuit. In vrbe car-
thaginẽsi cũ tres epi simꝉ cõuiuarẽt. ⁊
vn⁹ eoꝝ btõ ambrosio detraxisset. rela
tũ est q̃d illi p̃sbytero q̃ sibi detraxerat
accidisset. Q̃d cũ ille vilipẽderet. subi
to letale vuln⁹ accepit ⁊ extremũ cõti-
nuo diẽ clausit. B Notãdũ ꝙ be
at⁹ ambrosi⁹ in m̃ltis cõmẽdabilꝭ fuis-
se videt̃. Primo i liberalitate. q̃ oĩa
q̃ hẽbat paupeꝝ erant. vñ refert de se-
ipo ꝙ ipatori petẽti basilicã sic r̃ndit
⁊ est i decreto ꝯuenior. xxiij. q. viij. Si
a me peteret q̃d meũ esset. i. fundũ me
um. argentũ meũ ⁊ hmõi meũ. nõ re-
fragarer q̃q̃ oĩa q̃ mea sunt paupeꝝ
sint. Scdo i mũdicie puritate fuit ei
ꝟgo. Vñ refert Hiero. cũ dixisse. Vir
ginitatẽ nõ solũ efferim⁹ sz seruam⁹.
Tercio in fidei firmitate. Vñ dixit
cũ impator peteret basilicã. ⁊ est i eo-
dẽ caplõ. Pri⁹ ẽ vt aiam mihi q̃ fidez
auferat. Quarto i martyrij auidita-
te. Vñ legit̃ in eplã sua de basilica nõ
tradẽda. ꝙ pposit⁹ Valẽtiniani Am-
brosio mãdauit di. Tu ꝯtẽnis Valẽ
tinianũ caput tibi tollo. Cui ambro-
si⁹. De⁹ pmittat tibi vt facias q̃d mi-
naris. Atq̃ vtinã de⁹ auertat eos ab
ecclĩa ⁊ in me oĩa tela sua ꝯuertant ⁊
meo sanguie sitim suã expleãt. Qui
to i orõnis instãtia. Vñ d̃r de eo ⁊ h̃r
in. xj. lib. hystorie ecclĩastice Ambro-
si⁹ aduersuz regine furorẽ nõ se manu
defensabat aut telo. sz ieiunijs ⁊ ꝯtinu
atꝭ vigilijs. sub altari posit⁹ p obsecra
tiones defensorẽ sibi atq̃ ecclĩe deum
parabat. Sexto i lachrymaꝝ abun-
dãtia. Habuit em̃ tria genera lachry
maꝝ scz lachrymas cõpassiõis ꝓ alio
rũ culpis. Vñ dic̃ Paulin⁹ de eo in le
gẽda. ꝙ cũ aliq̃s lapsuz sibi ꝯfitebat̃.
sic amarissime flebat ꝙ illũ flere silr̃ cõ
pellebat. Lachrymas d̃uotõis ꝓ eter
nis desiderijs. Vñ sup̃ dictũ est a pau
lino ꝙ cũ interrogaret̃ cur sctõs q̃ morie
bant̃ sic fleret r̃ndit. Ne me puteꝭ fle-
re q̃ recesserit. sz q̃ me ad gl̃iaz p̃cesse
rint. Lachrymas cõpassiõis ꝓ alioꝝ
iniurijs. Vñ ipe dic̃ de se. ⁊ ẽ in decre-
to i supiori caplõ. Aduersus milites
gothos lachryme mee arma mea sũt.
Talia ei munimẽta sũt sacerdotꝭ alit̃
nec debeo nec possũ resistere. D
Septimo i forti cõstãtia cui⁹ cõstãtia
maxie in trib⁹ apparet. Primo i defen
siõe catholice ꝟitatꝭ. Vñ d̃r in lib. xj.
ecclĩastice hystorie ꝙ Iustina mr̃ Va
lentiniani ipatoris. arriani hereseos
alũna. ꝯturbare cepit ecclĩaꝝ statũ cõ
minari sacerdotib⁹ depulsiões ⁊ exilia
nisi ariminẽsis ꝯcilij d̃creta reuocarẽt
Quo bello ecclĩe muꝝ ac turrim vali
dissimã pulsabat ambrosiũ. In ei⁹ q̃z
p̃fatõe sic de eo cantat̃. Tãta ambro-
siũ ꝟtute solidasti ꝯstãtie. tãto mune-
re celit⁹ decorasti. vt p cũ exclusa torq̃-
rent̃ demonia. arrianoꝝ ipietas ꝯpul
sa tabesceret ac seculariũ p̃ncipũ colla
tuo iugo subacta redderẽt̃ humillima
Scdo in tuitõe ecclĩastice libertatis
Vñ cũ ipator auferre vellet q̃ndã ba
silicã opposuit se ambrosi⁹ ꝯ impato-
rẽ. sic ipe testat̃. ⁊ est in decreto. xxiij. q.
viij. Cõuenior ipe a comitib⁹ vt p me
basilice fieret matura traditio. dicenti
bus ipatorẽ iussisse iuri suo tradi de-
bere. r̃ndi. Si p̃rimoniũ petit iuadite
si corp⁹ occurrã. Vultis in vincula ra
pere. vultꝭ in mortẽ volũtatꝭ est mihi.
Nõ ego me vallabo circũfusiõe ꝓplõꝝ
nec altaria tenebo vitã obsecrãs. sz ꝓ
altarib⁹ grati⁹ imolabor. Mãdat̃ tra
dere basilicã. Vrgemur itaq̃ p̃ceptis
regalib⁹. sz ꝯfirmamur scp̃ture ꝑmoni
bus. q̃ r̃ndit. Tãq̃ vna ex insipiẽtib⁹
locuta es. Noli g̃uare te ipator vt pu-
tes te i ea q̃ diuia sũt ipiale aliq̃d ius
h̃re. Ad ipatorez palatia ptinẽt ad sa
cerdotes ecclĩe. Sctũs Naboth vine
am suo ꝓprio cruore defendit. Si ille

vineã nõ tradidit suã. nec nos trade/
mus xp̃i ecclĩaȝ. Tributũ cesarꝭ ẽ nõ
negeť. ecclĩa dei ẽ. cesari vtiqꝫ ñ doneť
Si de me aliq̃d cõpelleret ꝛ poscereť.
aut fundꝰ. aut domꝰ. aut auꝝ. aut ar/
gentũ. id qđ iuris mei eẽt libẽter offer
rẽ. Tẽplo dei nihil possuȝ decerpe nec
detrahere cũ illud custodiẽdũ nõ tra/
dendũ accepim. Tercio in obiurga/
tione vicij ꝛ ois iniq̃tatꝭ. Vñ legiť in
hystoria triptica in q̃dã cronica ꝙ cuȝ
apud thessalonicã orta seditõe q̃dã iu
dices fuissent a pplõ lapidati. Theo/
dosiꝰ ipator indigtus iussit oẽs interi
mi. nocẽtes ab innocẽtibꝫ nõ secernẽs
vbi fere q̃nqꝫ milia hoim sunt occisa.
Cũ igiť ipator mediolanũ venisset et
ecclĩam intrare vellet. occurrit ei Am
brosiꝰ ad ianuã eiqꝫ aditũ ꝓhibuit di.
Cur ipator pꝰ cãȝ tãti furoris ñ agſcꝭ
molẽ tue p̃sumptõis. Sed forte reco/
gnitionẽ pcti ꝓhibet ptãs iperij. De/
cet te vt vincat rõ ptãtez. Princeps es
o ipator sȝ ꝯseruoꝝ. Quibꝫ g̃ oculis a
spicies cõis dñi tẽpluȝ. q̃bꝫ pedibꝫ cal/
cabis sctm̃ pauimẽtũ. Quõ manꝰ ex/
tẽdes de q̃bꝫ adhuc sanguis stillat in/
iustꝰ. q̃ p̃sumptõe ore tuo poculũ san/
guinis eiꝰ pcipies dũ furore tuoꝝ ser/
monũ tãtꝰ iniuste sit sanguis effusus.
Recede g̃ recede. ne scđo pctõ p̃orẽ ne
quitiã augere ꝯtẽdas. Suscipe vincu
lũ q̃ te dñs nũc ligauit. est em̃ medici/
na maxia sanitatꝭ. His ſmonibꝫ ipa/
tor obediẽs. gemẽs ꝛ flens ad regalia
remeauit. Cum g̃ diu in fletu mãsisset
Rufinꝰ magr̃ militũ cãm tãte tristicie
req̃siuit. Cui ille. Tu inq̃t mea mala
nõ sentꝭ. qꝛ ſuis ꝛ mẽdicãtibꝫ apta st̃
tẽpla. mihi ṽo ad ea ingressus nõ est.
Et h̃ dicẽs singl̃a ṽba singl̃tibꝫ interũ
pebat. Cui rufinꝰ Curro si vis ad am
brosiũ vt tibi ꝯsoluat vinculũ q̃ te liga/
uit. Et ille. Nõ poteris suadere amb.
qꝛ ñ ṽebiť ipialẽ ptãtẽ vt legẽ possit p̃
uaricari diuinã. Sȝ cũ ille ꝓmitteret
ꝙ cũ flecterȝ. eũ ipator ire p̃cepit. ꝛ ip̃e
pꝰ paululũ ẽ secutꝰ. Mox ãt vt Amb.
Rufinũ vidit ait. Impudentiã canũ
imitatꝰ es o rufine tãte vicȝ necꝭ autor
exñs. ꝛ nec pudorẽ ex frõte deťgẽs ñ e/
rubescis ꝯ maiestatẽ latrare diuinaȝ.
Cũqꝫ rufinꝰ ꝓ ipatore supplicassȝ ꝛ di
ceret eũ seq̇. supno zelo accẽsus Amb.
ait. Ego tibi p̃dico qm̃ ingredi eũ sa/
cra limĩa ꝓhibeo. Si ṽo ptãtẽ i tyrã/
nidez mutauerit necẽ libẽter suscipio.
Qđ cũ rufinꝰ ipatori renũciasset. pgã
inq̃t ad eũ vt iustas i faciẽ ꝯtumelias
recipiã. Cũ g̃ venisset. ꝛ sua solui vin/
cula postulasset. occurrẽs ambrosiꝰ. ꝛ
ingressuȝ ꝓhibẽs ait. Quã pniaȝ oñ/
disti pꝰ tãtas iniq̃tates. Et ille. Tuuȝ
est iponere. meũ obtpare. Vex cũ im
perator allegaret qꝛ ꝛ Dauid adulte/
riũ ꝛ homicidiũ cõmisisset. ait Amb.
Qui secutꝰ es errantẽ seq̃re penitẽtez.
Qđ ita g̃tanter ipator suscepit ꝙ pub
licã pniam agere nõ recusauit. Cũ igr̃
recõciliatꝰ ecclĩaȝ intrasset ꝛ intra can
cellos staret req̃rit Amb. q̃d ibi expe/
ctaret. Cui cũ diceret se pceptõez sacro
rũ mysterioꝝ expectare. ait amb. O i/
pator interiora loca tm̃ sacerdotibꝫ st̃
collata. Egredere igiť ꝛ hãc expectati
onẽ cũ ceterꝭ habe cõem. Purpura nã
qꝫ ipatores fac̃ nõ sacerdotes. Cui i/
pator ꝓtinꝰ obediuit. Cũ g̃ ꝯstãtino/
polim reuersus extra cãcellos staret.
mãdauit eidẽ ep̃s vt intraret. Et ille
ait. Vix discere potui q̃ differẽtia sit i
patoris ꝛ sacerdotꝭ. Vix ei ṽitatꝭ iue
ni magistrũ. Amb. nãqꝫ solũ noui vo
cari põtificez. ¶ Octauo in sana
doctna. Eiꝰ nãqꝫ doctna hȝ altã ꝓfũ/
ditatẽ. Hiero. đ. xij. doctoribꝫ. Amb.
sup ꝓfundoꝝ pinna raptꝰ ꝛ aeris vo/
lucer qꝫ̃diu in ꝓfundũ ingrediť fructũ
de alto cape videť. Firmã soliditatez.
Hiero. ibidẽ. Eiꝰ oẽs sñie. fidei ꝛ eccle
sie. ꝛ oim ṽtutũ firme sũt colũne. Ele
gantẽ venustatẽ. Augꝰ. in lib. de nu/
ptijs ꝛ ꝯctibꝫ. Pelagiꝰ heresiarcha sic
laudat ambrosiũ. vt dicat Btũs am
brosiꝰ ep̃s in cuiꝰ p̃cipue libris roma/
na lucet fides. q̃ sc̃ptoꝝ inť latios flos
q̃dã amicuit. Et subdit augꝰ. Cuiꝰ fi/
dẽ ꝛ purissimũ i sc̃pturꝭ sensuȝ. nec ini

micꝰ qdē ausus ē repħēdere. Magnā
autoritatē. qꝛ antiq̇ doctores. sic Au/
gustinꝰ ꝟba sua ꝓ mag̃ autoritate ha/
bebāt. Vñ refert augꝰ. ad ianuariuꝫ.
ꝙ cū mr̄ eiꝰ mirata fuisset cur mediola
ni sabbato nō ieiunaret. ⁊ de h̄ augꝰ.
amb. interogasset. ait amb. Cuꝫ venio
romam ieiuno sabbato. Sic ⁊ tu ad
quā forte eccl'iaꝫ venerꝭ eiꝰ morē serua
si cuiq̃ꝫ nō iñ vis scādalū eē. nec quē q̃ꝫ
tibi. Et subdit augꝰ. Ego de hac s̄nia
etiā atq̃ꝫ etiā cogitās. ita sp̱ habui tā/
q̃ꝫ eā celesti oraculo acceperim.

Vita ⁊ passio Tyburtij valeriani
in passiōe scē Cecilie ꝯtinet.

Le. lvj. De sctō Georgio.

g Eorgius dicit a geos qd̓ ē terra ⁊ orge qd̓ ē cole/
re. q̄si colēs terrā. i. carnem
suā. Augꝰ. aūt i li. de trini.
dic̄ ꝙ bona terra ē in altitudie mōtiū.
tp̱amēto colliū planicie cāpoꝝ. Pria
em̄ est bona ad virentes herbas. scd̓a
ad vineas. tercia ad fruges. Sic btūs
georgiꝰ fuit altꝰ despiciēdo inferiora. ⁊
iō habuit virorē puritatꝭ. Tp̱atꝰ p̱ di
scretōeꝫ. ⁊ iō habuit vinū in t̄ne iocūdi
tatꝭ. Planꝰ p̱ hūilitatē. ⁊ iō ꝓtulit fru
ges bone op̱atōnis. Vel georgiꝰ dꝛ a
gerar. qd̓ ē sacrū ⁊ gion qd̓ ē arena. q̄si
sacra arena. Fuit ei arena qꝛ pōdero/
sus moꝝ g̃uitate. minutꝰ hūilitate. et
siccus a carnali voluptate. Vel geor/
giꝰ dꝛ a gerar. qd̓ ē sacrū ⁊ gion qd̓ est
luctatio. q̄si sacer luctator qꝛ luctatꝰ ē
cū dracone ⁊ carnifice. Vel georgiꝰ dꝛ
a gero qd̓ ē p̱egrinꝰ. ⁊ gir p̄ciosus ⁊ us
ꝯsiliator. Ipē ei fuit p̱egrinꝰ in ꝯtem/
ptu mūdi. p̄ciosus i corona martyrij. ⁊
ꝯsiliator in p̄dicatōe regni. Eiꝰ legen/
da int̄ scp̄turas apocrifas i niceno cō
cilio ꝯnumerat ex eo ꝙ eiꝰ martyriuꝫ
certā relatōeꝫ nō hꝫ. Nā in kalēdario
Bede dꝛ ꝙ sit passus in p̱sida ciuitate
dyaspoli. q̄ p̄us lidda vocabat. ⁊ ē iu/
xta ioppen. Alibi dꝛ ꝙ passus sit sub
Dyocleciano ⁊ Maximiano ip̱atori
bus. Alibi legit ꝙ sub Dyocleciano i
p̱atore p̱saꝝ p̄ntibꝫ. lxx. regibꝫ ip̱ij sui.
Hic dꝛ ꝙ sub daciano p̄side ip̱antibꝫ
dyocleciano ⁊ maximiano. A

g Eorgiꝰ tribunꝰ. genere capa
dox p̱uenit q̄dā vice i ꝓuinci
am libie in ciuitatē q̄ dꝛ sile/
na. iuxta quā ciuitatē erat stagnū istar
marꝭ in q̊ draco pestifer latitabat. q̇ se
pe pplm̄ ꝯ̄ se armatū in fugā ꝯuertat
flatuq̃ꝫ suo ad muros ciuitatꝭ accedēs
oēs inficiebat. Quapropt̄ cōpulsi ci/
ues. duas oues q̊tidie sibi dabant. vt
eiꝰ furorē sedarēt. alioq̄n sic muros ci/
uitatis iuadebat. ⁊ aereꝫ inficiebat ꝙ
plurimi interibāt. Cū g̃ iā oues pene
deficerēt maxime cū haꝝ copiā hr̄e nō
possent. inito ꝯsilio ouē cū adiūcto ho
mine tribuebāt. Cū igit̄ sorte oim̄ fi/
lij ⁊ filie darent ⁊ sors neminē excip̱et
⁊ iā pene oēs filij ⁊ filie ꝓpli eēnt ꝯsū/
pti. q̄dā vice filia regꝭ vnica sorte ē de/
p̄hensa. ⁊ draconi adiudicata. Tunc
rex ꝯtristatꝰ ait. Tollite auꝝ ⁊ argen/
tū. ⁊ dimidiū regni mei ⁊ filiā meā mi
hi dimittite ne talr̄ moriat. Cui ppl's
cū furore r̄ndit. Tu o rex h̄ edictū feci
sti. ⁊ nūc oēs pueri nr̄i mortui sunt. et
vis filiā tuā saluare. Nisi i filia tua cō/
pleuerꝭ qd̓ in alijs ordinasti. succēde/
mus te ⁊ domū tuā. Qd̓ rex audiens
cepit filiā suā flere dicēs. Heu me filia
mea dulcissima q̇d de te faciā. aut q̇d
dicā. q̄ñ plꝰ videbo nuptias tuas. Et
ꝯuersus ad ꝓplm̄ dixit. Oro vt iduci/
as octo dieꝝ lugēdi mihi filiā tribua/
tis. Qd̓ cū ꝓpl's admisisset. i fine octo
dieꝝ r̄uersus ꝓpl's ē cū furore di. Qua
re p̱dis ꝓplm̄ tuū ꝓpter filiā tuaꝫ. En
oēs afflatu draconis morimur. Tunc
rex vidēs ꝙ nō posset filiā liberare. in/
duit eā vestibꝫ regalibꝫ ⁊ amplexatꝰ eā
cū lachrymis dixit. Heu me filia mea
dulcissima de te filios i regali gremio
nutrire credebā. ⁊ nc̄ vadis vt a draco
ne deuorerꝭ. Heu me filia mea dulcissi
ma. sp̱abā ad tuas nuptias p̄ncipes i
uitare. palaciū margaritꝭ ornare. tipa
na ⁊ organa audire. ⁊ nūc vadis vt a
dracōe deuorerꝭ. ⁊ deosculās eā dimisit
eā di. Vtinā filia mea ego añ te mor/

tuꝰ essem q̃ꝫ te sic amisissez. Tūc illa ꝓ
cidit ad pedes p̃ris. petēs ab eo bñdi
ctionē suā. Quā cū pr̄ cum lachrymis
bñdixisset ad lacū ꝓcessit. Quā btūs
Georgiꝰ casu inde trāsiēs vt plorātez
vidit. eā q̇d hr̄et interrogauit. Et illa.
Bone iuuenis velociter equū ascēde
⁊ fuge. ne mecū moriarꝭ. Cui georgiꝰ
Noli timere filia. sꝫ dic mihi q̇d h̄ pre
stolaris om̄i plebe spectāte. Et illa. vt
video bone iuuenis magnifici cordis
es tu. sꝫ cur mecū mori desideras. Fu-
ge velociter. Cui georgiꝰ. Hic ego ñ
discedaz donec mihi q̇d habeas inti-
mabis. Cū ḡ totū sibi exposuisset. ait
georgiꝰ. Filia noli timere. qꝛ in xp̄i no
mine te iuuabo. Et illa. Bone miles
mecū ne ꝑeas. sed teip̄m saluare festi-
nes. sufficit em̄ vt sola ꝑeam. nā me li
berare nō posses ⁊ mecū ꝑires. Dum
hec loq̄ref. ecce draco veniēs caput de
lacu leuauit. Tunc puella tremefacta
dixit. Fuge bone dñe fuge velociter.
Tūc georgiꝰ equū ascēdens. ⁊ cruce se
muniēs. draconē ꝯ se venientē auda-
cter aggredif. ⁊ lāceaz fortiter vibrās
⁊ se deo cōmendās ip̄m ḡuiter vulne-
rauit. ⁊ ad terrā deiecit. Dixitq̄ꝫ puel-
le. Proijce zonā tuā in collū draconis
nihil dubitās filia. Qđ cū fecisset. seq̄
baf eā velut māsuetissimꝰ canis. Cuz
ḡ eū in ciuitatē duceret. ꝓpl'i h̄ viden-
tes ꝑ mōtes ⁊ colles fugere ceperunt
dicētes. Ve nob qꝛ iam oēs ꝑibimꝰ.
Tūc b. georgiꝰ innuit eis di. Nolite ti
mere. ad h̄ em̄ me misit dñs ad vos vt
a penis vos liberarē draconis. Tm̄-
modo in xp̄m credite ⁊ vnusq̇sq̄ꝫ vr̄m
baptizef. ⁊ draconē istū occidā. Tunc
rex ⁊ oēs ꝓpl'i baptizati sūt. Btūs āt
georgiꝰ euaginato gladio draconē oc-
cidit. ⁊ ip̄ꝫ extra ciuitatē efferri p̄cepit.
Tūc q̄ttuor paria boū ip̄m extra ciui
tatē in magnū cāpuz foras duxerunt.
Baptizati aūt sunt in illa die. viginti
milia hoim̄ exceptꝭ ꝑuulis ⁊ m̄lieribꝫ.
B Rex aūt in honore btē Marie ⁊
bti Georgij eccl'iam mire magnitudi
nis ꝯstruxit. De cuiꝰ altari fons viuꝰ
emanat. cuiꝰ potꝰ oēs lāguidos sanaf
Rex ꝓ̄o infinitā pecuniā btō georgio
obtulit. quā ille recīꝑe nolēs pauꝑibꝫ
eā dari p̄cepit. Tūc georgiꝰ regē de q̄t
tuor breuiter instruxit. scꝫ vt eccl'iaruꝫ
dei curā hr̄et. sacerdotes honoraret. di
uinū officiū diligēter audiret ⁊ sꝑ pau
peꝝ memor eēt. Et osculato rege inde
recessit. In aliq̇bꝫ tñ libris legif q̄ꝫ dū
draco ad deuorādū puellā ꝑgeret. ge-
orgiꝰ se cruce muniuit ⁊ draconē aggre
diēs interfecit. Eo tp̄e iꝑantibꝫ Dy
ocleciano ⁊ Maximiano sub preside
Daciano tāta ꝑsecutio xp̄ianoꝝ fuit
vt infra vnū mēsez. xvij. milia marty-
rio coronarenf. Vñ inter tot tormēto
rū genera m̄lti xp̄ianoꝝ deficiebāt. et
idolis īmolabāt. Qđ vidēs sctūs ge-
orgiꝰ tactꝰ dolore cordis intrinsecꝰ oia
q̄ hēbat disꝑsit. militarē habitū abie-
cit. xp̄ianoꝝ habitū induit. ⁊ i mediū
ꝓsiliēs exclamauit. Oēs dij gentium
demonia. dñs aūt celos fecit. Cui pre
ses iratꝰ dixit. Qua p̄sumptōe audes
deos nr̄os d̄monia appellare. Dic tñ
vñ es tu aut q̄ noie vocarꝭ Cui georgiꝰ
ait. Georgiꝰ vocor ex nobili capadocū
ꝓsapia ortꝰ. Palestinā xp̄o fauēte de-
uici. sꝫ oia deserui vt liberiꝰ possez libe-
riꝰ deo celi. Cū aūt p̄ses eū ad se incli-
nare nō posset iussit eū in eculeū leua-
ri ⁊ mēbratim corpꝰ eiꝰ vngulis lania
ri. Appositꝭ insuꝑ ad latera facibꝫ. pa
tentibꝫ visceꝝ rimis. sale plagas eiꝰ fri
care iussit. Eadē nocte dñs cū ingenti
lumie ei apparuit ⁊ ip̄m dulciter ꝯfor
tauit. Cuiꝰ melliflua visiōe ⁊ allocuti-
one sic ꝯfortatꝰ ē. vt ꝓ nihilo duceret
cruciatꝰ. Vidēs dacianꝰ q̄ꝫ euz penis
suꝑare nō posset. q̄ndā magū accersi-
uit eiq̄ꝫ dixit. Christiani suis magicis
artibꝫ tormēta ludificāt ⁊ deoꝝ nr̄oꝝ
sacrificia ꝑuipēdūt. Cui magꝰ. Si ar
tes eiꝰ suꝑare nequero. capitis reꝰ ero.
Ip̄e maleficijs suis iniectis ⁊ deoꝝ su
orū noibꝫ īuocatꝭ. venenū vino imiscu
it. ⁊ sctō Georgio sumēdum porrexit.
Cōtra qđ vir dei signū crucis edidit.
haustoq̄ꝫ eo nil lesiōis sensit. Rursum

magꝰ ꝑoꝛe fortiꝰ venenū īmiſcuit. qđ
vir dei ſigno crucꝭ edito ſine leſiōe ali-
ꝗ totū bibit. Quo viſo magꝰ ſtatiꝫ ad
pedes eiꝰ cecidit. veniā lamētabilr̄ pe-
tijt ⁊ ſe xp̄ianū fieri poſtulauit. Queꝫ
mox iudex decollari fecit. Seq̄nti die
iuſſit georgiū poni in rota gladijs bis
acutꝭ vndiqꝫ circūſepta. Sꝫ ſtati ro-
ta frangit. ⁊ georgiꝰ illeſꝰ penitꝰ īuenit
Tūc iratꝰ iuſſit eū in ſartaginē plūbo
liq̄facto plenaꝫ ꝓijci. Qui facto ſigno
crucꝭ in eā ītrauit. ſꝫ ꝟtute dei cepit in
ea q̄ſi in balneo refoueri. Qđ videns
Dacianꝰ cogitauit eū emollire blādi-
cijs. quē minis ſuꝑare nō poterat. vel
toꝛmētꝭ. dixitqꝫ illi. Vides fili Geoꝛ.
q̄nte māſuetudinis ſūt dij nr̄i q̇ te blaſ
phemū tā patiēt̄ ſuſtinēt. ꝑati nihilo
minꝰ ſi ꝯuerti voluerꝭ īdulgere. Age ḡ
dilectiſſime fili qđ hoꝛtoꝛ vt ſuꝑſtitōe
relicta dijs nr̄is ſacrifices vt magnos
ab ip̄is ⁊ a nob̄ ꝯſeq̄ris honoꝛes. Cui
georgiꝰ ſb̄ridēs ait. Vt q̇d a ꝓ̄ncipio n̄
magꝭ mihi ꝑſuaſiſti blādis ſmonib̄
q̄ꝫ toꝛm̄tꝭ. Ecce ꝑatꝰ ſū facer̄ qđ hoꝛta
rꝭ. Hac ꝓmiſſiōe dacianꝰ ꝺluſꝰ letꝰ ef
ficit̄. Juſſitqꝫ ſb̄ voce ꝑ̄conis vt oēs ad
ſe ꝯuenirēt. ⁊ georgiū tā diu reluctātē
tandē cedere ⁊ ſacrificare viderēt. Oꝛ
nata igit̄ tota ciuitate ꝑ̄ gaudio cū ge-
orgiꝰ idoloꝝ tēplū ſacrificaturꝰ īntraret
⁊ oēs ibidē gaudētes aſtarēt. flexis ge
nib̄ dn̄m exoꝛauit. vt tēplū cū idol̄ſic
oīno ꝺſtruerꝫ q̄tenꝰ ad ſui laudē ⁊ ꝑp̄li
ꝯuerſiōem nihil ꝺ eo penitꝰ remanerꝫ
Statiqꝫ ignis ꝺ celo ꝺſcēdēs tēplū cū
dijs ⁊ ſacerdotib̄ ꝯcremauit. fraqꝫ ſe
aꝑiēs oēs eoꝝ reliq̄as deglutiuit. Hic
exclamat ambo. i p̄fatiōe dicēs. Geoꝛ
giꝰ fideliſſimꝰ miles xp̄i dū xp̄ianitatꝭ
ꝓfeſſio ſilētio tegeret̄. ſolꝰ īt̄ xp̄icolas i
trepidꝰ dei filiū ē ꝯfeſſus. Cui ⁊ tantā
ꝯſtātiā grā diuina ꝯceſſit. vt ⁊ tyrāni
ce ꝑtātꝭ ꝓ̄cepta ꝯtēnerꝫ ⁊ inūmerabi-
liū n̄ foꝛmidarꝫ toꝛmēta penaꝝ. O fe-
lix ⁊ inclitꝰ dn̄i ꝓ̄liatoꝛ quē n̄ ſolū tꝑa-
lis regni blāda nō ꝑſuaſit ꝓmiſſio. ſꝫ
ꝑſecutoꝛe ꝺluſo ſimulachroꝝ eiꝰ poꝛtē
ta i abyſſū ꝺiec̄. Hec ambꝛo. Hoc au

diēs dacianꝰ georgiū ad ſe adduci fec̄
eiqꝫ dixit. Que ſūt maleficia tua peſſi
me hoīm. q̇ tantū facinꝰ ꝯmiſiſti. Cui
georgiꝰ. Nō credas me n̄ ſacrificare ſꝫ
mecū ꝑge ⁊ iteꝝ me imolar̄ vide. Cui
ille. Intelligo fraudē tuā. q̇ꝛ vis me fa
cere abſoꝛberi. ſic̄ templū ⁊ ꝺos meos
abſoꝛberi feciſti. Cui Georgiꝰ. Dic mi
hi miſer. dij tui q̇ ſe iuuare n̄ potuerūt
quō te iuuabūt. Iratꝰ rex nimis dixit
Alexādrie vxoꝛi ſue. Deficiēs moꝛiar
q̇ꝛ ab h̄ hoīe me ſuꝑatū cerno. Cui il-
la. tyrāne crudel̄ ⁊ carnifex nūq̇d n̄ di
xi tibi ſepiꝰ ne xp̄ianis moleſtꝰ eſſes. q̇ꝛ
deꝰ eoꝝ ꝓ ip̄is pugnarꝫ ⁊ nūc ſcias me
velle fieri xp̄ianā. Stupefactꝰ rex ait.
Heu ꝓch dolor nūq̇d ⁊ tu es ſeducta.
Fecitqꝫ eam per capillos ſuſpendi et
flagelllis duriſſime cedi. Que dū cede
retur dixit georgio. Georgi lumen ve
ritatis. quo putas perueniam. non
dū aq̄ baptiſmi renata. Cui geoꝛ. Ni
hil heſites filia q̇ꝛ ſanguis tui effuſio
baptiſmꝰ tibi reputabit̄ ⁊ coꝛona. Tūc
illa oꝛās ad dn̄ꝫ emiſit ſp̄m. Hinc at-
teſtat̄ Ambꝛo. in p̄fatōe dicēs. Ob h̄
⁊ gētiū regia ꝑſaꝝ crudeli a viro dicta
ta ſn̄ia nondū baptiſmi gr̄aꝫ ꝯſecuta
gl̄ioſe paſſiōis meruit palmā. Vn̄ nec
dubitare poſſumus ꝙ roſea ꝑfuſa ſan
guis vnda. reſeratas poli ianuas igre-
di meruit regnumqꝫ poſſidere celoꝝ.
Hec ambꝛo. ¶ Sequēti ꝟo die
Georgiꝰ talē accepit ſn̄iaꝫ vt ꝑ totā ci
uitatē traheret̄. pꝰ modū capite puni-
ret̄. Oꝛauit āt ad dn̄ꝫ. vt q̇cūqꝫ eiꝰ iplo
rarꝫ auxiliū petitōis ſue ꝯſeq̄ret̄ effe-
ctū. Diuina aūt vox ad eū venit. ꝙ ſic
fieret vt oꝛauit. Cōpleta oꝛōne capitꝭ
abſciſiōe martyriū ꝯſūmauit ſb̄ dyo-
cletiano ⁊ Maxiano q̇ ceperunt circa
annū dn̄i. cclxxxvij. Dacianꝰ āt cū ꝺ lo
co i q̄ ꝺcollatꝰ eſt ad palatiū redirꝫ. ig-
nis ꝺ celo cecidit ⁊ ip̄m cū miſtris ſuis
ꝯſumpſit. Refert Greg. turonen̄. ꝙ cū
q̇dā q̄ſdā reliq̄as ſci georgij ꝺferrēt. ⁊ i
q̇dā oꝛatoꝛio hoſpitati fuiſſent. mane
nullatenꝰ capſā mouere potuerūt. do-
nec ibidē reliq̄aꝝ ꝑticulā dimiſerunt.

Legit̄ i historia antiochena q̄ cū xp̄ia
ni ad obsidendū hierl'm ꝑgerent. q̄dā
iuuenis speciosissimus cuidā sacerdoti
appuit. q̇ scm̄ Georg. ducē xp̄ianoꝝ eē
se dicens. monuit vt eiꝰ reliq̄as secū in
hierl'z deportarēt. ⁊ ipe cū eis eēt. Cū
aūt hierl'm obsedissēt. ⁊ saracenis resi
stentibꝫ ꝑ scalas ascēdere nō auderēt.
btūs Georgiꝰ armis albis indutus. ⁊
cruce rubea insignitꝰ appuit inuēs vt
post se securi ascenderēt ⁊ ciuitatē obti
nerēt. Qui ex h̄ animati ciuitatē cepe//
runt. ⁊ saracenos occiderunt.

Le. lvij. A De scō Marco euāge.

Marcus interp̄tat̄ sub
limis mādato certꝰ declina
tus ⁊ amarꝰ. Sblimis mā
dato rōne ꝑfectōis i vita. qꝛ
non solum s̄uauit mādata. cōmunia
sed etiaz sublimea sicut sunt consilia.
Certꝰ rōne certitudinis i doctrina. qꝛ
tenebrosum carcerē. sȝ lumē splēdidissi
mū radiabat eidē. Cūq; ꝑ decē dies si
ne cibo fuisset. saluatoꝛ eidē apparuit.
⁊ panē cādidissimū sibi porrigēs dixit
Accipe cibū d̄ manu mea Ego suȝ sal
uatoꝛ tu⁹ quē tota mētꝫ intētōe amasti
Eodē die q̊ ad terras descēdi ip̄e te eri
piā. In die igr̄ natalis dn̄i spiculatoꝛ
mittit̄ ⁊ caput ei⁹ abscidit̄. Que post-
modū mr̄i apparuit. ⁊ ꝙ die dn̄ica se se
q̄ret̄ p̄dixit Veniēte igr̄ dn̄ica die clau
dia i oꝛ̄one posita emisit sp̄m. Proth⁹
aūt ⁊ hyacinct⁹ cū ad tēpluȝ idoloꝛum
traherēt̄. oꝛ̄one simulachꝛū cōminuerūt
Et cū sacrificare nollēt capitꝫ obtrūca
tōe martyriū postmodū cōpleuerunt.
Passi sūt āt sub valeriano ⁊ gallo circa
annos dn̄i. cclvj. Le. cxxx. A

De exaltatōe sancte crucis.

E xaltatio sancte crucis
dr̄. eo ꝙ tali die fides ⁊ sctā
crux plurimū exaltata fuit.
Notādū aūt ꝙ añ xp̄i passi
onē lignū crucꝫ fuit lignū vilitatis. qꝛ
hmōi cruces de lignis vilib⁹ parabāt̄.
Infructuositatꝫ qꝛ q̄ntūcūq; i monte
caluarie plantabat̄ fructū mime facie-
bat. Ignobilitatꝫ q̊ȝ qꝛ erat suppliciū
latronū. Tenebrositatꝫ. qꝛ tenebrosuȝ
⁊ sine oi decoꝛe erat. Moꝛtꝫ. qꝛ ibi ho-
mines moꝛti tradebāt̄. Fetoꝛꝫ. qꝛ i me
dio cadauez plātabat̄. P⁹ passionē ꝟo
fuit mltiplr̄ exaltata. qꝛ vilitas trāsijt
in p̄ciositatē. Vn̄ dixit andreas. Sal
ue crux p̄ciosa ⁊c̄. Infructuositas i fer
tilitatē Cañ. vij. Ascēdā in palmaȝ et
app̄. fru. ei⁹. Ig̊bilitas i sublimitatem
Aug⁹. Crux q erat suppliciū latronū
trāsijt ad frōtes iꝑatoꝝ. Tenebrositas
in claritateȝ Chꝛys. Crux ⁊ cicatrices
xp̄i radijs solis i iudicio erunt lucidio
res. Moꝛs i vite ꝑpetuitatē. Vn̄ cāta
tur. Vt vn̄ moꝛs oꝛiebat̄ ⁊c̄. Fetoꝛ in
odoꝛis suauitatē Cañ. j. Cū esset rex i
accubitu suo nardus. i. crux sancta de-
dit odoꝛem suū. B

E xaltatio sctē crucꝫ solēnit̄ ab ec
clesia celebrat̄. qꝛ in ea fides q̄ȝ
plurimū exaltata fuit. Anno eī dn̄i. d.
cxv. ꝑmittēte dn̄o flagellari pplm̄ suū
ꝑ seuiciā paganoꝝ. Cosdroe rex ꝑsaꝝ
oia regna terraruȝ suo imꝑio subiuga
uit. Hierusalē aūt veniēs a sepulchꝛo
dn̄i territ⁹ redijt. sȝ tn̄ ꝑtem sctē crucis
quā sctā Helena ibidē reliq̄rat aspoꝛ-
tauit. Volēs aūt ab oibus coli vt de⁹
turrim ex auro ⁊ argēto ⁊ interlucen-
tib⁹ gēmis fecit. ⁊ ibidē solis ⁊ lune et
stellaꝝ imagines collocauit. Per subti
les etiā ⁊ occultos duct⁹ q̄si de⁹ aquaȝ
desuꝑ infundebat ⁊ i subterraneo spe-
cu equi q̄drigas trahentes in circūitu
ibant. vt q̄si turrim mouerēt ⁊ tonitru
um simularēt. Filio igit̄ suo regno tra
dito. in tali phano ꝓphan⁹ residet. ⁊ iu
xta se crucē dn̄i collocans appellari ab
oibus se deū iubet. Et sicut legit̄ in li-
bro mitrali d̄ officio ip̄e cosdroe i thꝛo
no residens tanq̄ȝ pat̄ lignū crucis si-
bi a dextris posuit loco filij. ⁊ galluȝ a
sinistrꝫ loco spū̄sancti. se ꝟo iussit pr̄eȝ
noiari. Tunc heracli⁹ imꝑatoꝛ exerci-
tum copiosum collegit. ⁊ ꝯtra filium
cosdroe iuxta danubiū fluuiū dimica-
turus aduenit. Tandē vtriſq; p̄ncipi-
bus placuit vt super pontem soli con-
fligerēt. ⁊ q̊ victoꝛ existeret sine damno
vtriusq; exercit⁹ imꝑiuȝ vsurparet. De
cretū etiā exijt vt q̊cūq; p̄ncipem suum
iuuare p̄sumeret. cruribus abscisis ⁊ bꝛa
chijs ob h̄ ꝯtinuo in flumīe mergeret̄
At heraclius totū se deo obtulit. ⁊ san
cte cruci deuotōe qua potuit cōmēda-
uit. Ambob⁹ itaq; i ꝯflictu durantib⁹

heraclio victoriã dñs ↄtulit. ⁊ ↄtrariũ
exercitũ suo impio subiugauit. adeo ꝙ
vniuersus ꝓꝑl's cosdroe fidei xp̄iane se
subdidit. ⁊ sacrum baptisma suscepit..
Cosdroe aũt ignorabat exitũ belli. qꝛ
cũ ab oibꝫ odiret̃. sibi a nemie intimat̃
Heracliꝰ aũt ad eũ ꝑuenit. ⁊ in throno
aureo eũ sedere repiẽs eidẽ dixit Quia
lignũ sc̄tẽ crucꝫ ƀm tuũ modulũ hono//
rasti. si baptismũ ⁊ fidem xp̄i susceꝑis.
adhuc vitã ⁊ regnũ paucꝫ a te acceptis
obsidibꝫ obtineb. Si aũt h̄ implere cõ
tempserꝫ gladio meo te feriaꝫ ⁊ caput
tuũ p̄cidã. Cũ igit̃ ille acq̄escere nollet
extracto gladio eũ ꝓtinꝰ decollauit. Et
qꝛ rex fuerat sepeliri p̄cepit. Filiũ ꝟo su
um decẽ annoꝝ quẽ cum eo reꝑit ba
ptizari fecit. ⁊ de sacro fonte ip̄m susci//
piens regnũ paternũ ei dimisit. Tur//
rim ꝟo illã destruẽs. argentũ in p̄dam
sui exercitꝰ tribuit. auꝝ ꝟo ⁊ gẽmas ad
reꝑandũ eccl'ias q̄s tyrãnꝰ destruxerat
ref̃uauit. Sacram igit̃ crucẽ suscipiẽs
hierosolymã reportauit. ¶ Cũqꝫ
aũt de mõte oliueti descẽdẽs ꝑ portã q
dñs passurꝰ intrauerat in eq̊ regio ⁊ or
namẽto impiali ingredi vellet. repente
lapides porte descenderũt. ⁊ inuicẽ q̄si
murꝰ vel vnꝰ paries se clauserũt. Suꝑ
q̊ cũctis stupẽtibꝫ. angelꝰ dñi signum
crucis ĩ manibꝫ tenẽs suꝑ portã appa//
ruit dicẽs. Cũ rex celoꝝ ad passionẽ ꝑ
hãc portã intraret. nec cultu regio. sed
humili asello ingrediẽs. hũilitatꝫ exẽ//
pluꝫ suis cultoribꝫ dereliq̄t. Et his di//
ctis angelꝰ abscessit. Tũc impator la//
chrymis infusus seip̄m discalciauit et
vestimẽta vsqꝫ ad camisiã exuit crucẽ//
qꝫ dñi accipiẽs vsqꝫ ad portã hũiliter
baiulauit. Moxqꝫ duricia lapidũ cele
ste ꝑsensit impiuꝫ. statiqꝫ porta se sube
rigens liberꝝ intrãtibꝫ patefecit ingres
sum. Odor aũt suauissimꝰ. q̊ eodẽ die
eodẽqꝫ momẽto q̊ de turri cosdroe sa//
cra crux fuit ablata hierosolymis de ꝑ
sarũ ꝓuincia ꝑ tã longa terraꝝ spacia
fuerat illapsus. tũc rediȷ̃t deqꝫ mirabi
li suauitate refecit. Rex ãt deuotissimꝰ
in has crucis laudes ꝓrupit. O crux
splẽdidior cũctis astris mũdo celebris
hoibꝫ multũ amabilis. sctior vniuers̃
q̃ sola fuisti digna portare talentũ mũ
di. Dulce lignũ. dulces claui. dulcꝫ mu
cro. dulcis hasta. dulcia ferẽs pondera
salua p̄ntem cateruã in tuis hodie lau
dibꝫ cõgregatã. tuo vexillo signatam.
Sicqꝫ p̄ciosa crux in suo loco restituit̃.
⁊ antiq̃ miracula renouant̃. Mortui
q̊dam vite restituũt̃. paralitici q̄ttuor cu
rant̃. leprosi decẽ mũdant̃. ceci q̊ndeciꝫ
illuminant̃. demones effugant̃ ⁊ a va
riȷ̃s lãguoribꝫ plurimi liberant̃. Et sic
impator eccl'ias reꝑans ⁊ regiȷ̃s mune
ribꝫ cumulãs ad ꝓpria remeauit. In
cronicis aũt h̄ gestũ alit̃ fuisse narrat̃.
Dicit̃ eñ ꝙ dũ cosdroe occupans vni//
uersa regna. hierl'm cũ zacharia p̄riar//
cha ⁊ ligno crucis cepisset. ⁊ heraclius
cũ eo pacẽ facere vellet. iurauit se cũ ro
manis pacẽ nõ factuꝝ donec crucifixũ
abnegarẽt ⁊ solẽ adorarẽt. Tũc hera//
cliꝰ zelo armatꝰ ↄ̄ eũ exercitũ mouit. et
ꝑsas m̃ltis p̄liȷ̃s deuastauit. ⁊ cosdroe
vsqꝫ thesifontẽ fugere cõpulit. Tãdeꝫ
cosdroe dissenteriã incurrẽs medasan
filiũ suũ in regeꝫ coronare voluit. Qð
syrois p̄mogenitꝰ eiꝰ audiens cũ hera//
clio fedus iniȷ̃t patrẽqꝫ cũ nobilibꝫ ꝑse
quẽs ĩ vinculis iecit. Quẽ pane tribu//
latõis ⁊ aq̃ angustie sustẽtãs tandẽ sa
gittari ⁊ occidi fecit. Postmodum aũt
om̄s incarceratos cũ p̄riarcha ⁊ ligno
crucis heraclio destinauit. Ille aũt p̄ci
osum lignũ crucis hierusalẽ detulit. et
postmodũ ↄstãtinopolim deportauit
Hec in m̃ltis cronicis legũt̃. De h̄
aũt ligno crucꝫ sic dic̄ sybilla apud pa//
ganos sic d̄r ĩ hystoria triꝑtita. O ter
btm̄ lignũ in q̊ deꝰ extẽsus est. Hoc for
te dictũ est ꝓpt̄ vitã nature gr̄e ⁊ gl'ie q̃
ex cruce ꝓuenit. ¶ Apud ↄstanti
nopolim iudeꝰ q̊dã eccl'iã sc̄tẽ Sophie
ingressus q̄ndã imaginẽ xp̄i ibidẽ con
spexit. Qui se ibi solũ ↄsiderãs gladiũ
arripuit ⁊ appropians imaginẽ xp̄i in
gutture ꝑcussit. statiqꝫ ide sanguis xp̄i

uit ꝛ iudei faciē ꝛ caput aspsit. Qui ter
rit⁹ imaginē accepit ꝛ ipaȝ i puteū ꝓij-
ciēs statiȝ aufugit. Quidā aūt xp̄ian⁹
eideȝ obuiauit sibiq̄ꝫ dixit. Vn̄ venis
iudee. Aliquē hoiem occidisti. Et ille.
Falsum ē. Cui rursus hō ille dixit Ve
re homicidiū ꝑpetrasti. ꝛ iō sanguie a-
spsus es. Et iude⁹. Vere de⁹ xp̄ianoꝝ
magn⁹ ē. ꝛ fides ei⁹ firma ꝑ oia cōpro-
bat̄. Neq̄ꝫ em̄ hoieȝ ꝑcussi. sȝ xp̄i ima
ginē ꝛ ꝯtinuo sanguis emanauit d̄ ei⁹
gutture. Duxit aūt iude⁹ hoiem illum
ad puteū ꝛ inde sctām imaginē extra-
xerūt. Plaga aūt in gutture xp̄i vt fert̄
adhuc hodie cernit̄. ꝛ iude⁹ cōtinuo fi-
delis efficit̄. Apud syriaȝ in ciuitate
berith q̇dā xp̄ian⁹ sub annua pensione
hospitiū hn̄s. imaginē dn̄i crucifixi cō
tra lectuli faciē i pariete affixerat. ꝛ ibi
orōnes suas ꝯtinue faciebat. P⁹ annū
ṽo aliā domū locauit ꝛ imaginē ibidē
ex obliuione reliq̇t. Quidā aūt iude⁹ p̄
dictā domū cōduxit. ꝛ q̄dā die vnū de
suis ꝯtribulib⁹ ad ꝯuiuiū iuitauit Int̄
epulas aūt ille q̇ iuitat⁹ fuerat casu cir
cūspiciēs imaginē infixā parieti ꝯtuet̄
ꝛ in illū q̇ se iuitauerat ira fremēs. cur
imaginē iesu xp̄i nazareni tenere aude
at cōminat̄. Ille aūt cū adhuc p̄dictā
imaginē nō vidissȝ. sacris q̇b⁹ poterat
affirmabat ꝙ illā d̄ q̄ dixit imaginē pe
nit⁹ igrabat. Tūc ille placatū se simu-
lās valefecit ꝛ ad pn̄cipē sue gētis abi-
ens iudeū illū de eo qd̄ viderat accusa
uit. Iudei igit̄ cōgregati ad domū ei⁹
ꝯueniūt. ꝛ visa imagine illū ꝯtumelijs
diris afficiūt ꝛ extra synagogā semiui-
uū ꝓijciūt. imaginē ṽo ꝯculcātes pedi
bus cūcta in ea dn̄ice passiōis oppro-
bria renouarūt. Cū ṽo lat⁹ lancea ꝑfo
rassent ꝓtin⁹ sanguis ꝛ aq̄ vbertiȝ exi-
uit. ꝛ suppositū vas impleuit. Stupe
facti iudei sanguinē illū ad synagogas
detulerūt ꝛ oēs infirmi ex ipo inuncti
ꝓtin⁹ curabant̄. Tūc iudei ep̄o terre il
li⁹ oia ꝑ ordinē narrauert̄. ꝛ baptismū
ꝛ fidē xp̄i vnanimit̄ susceperūt. Ep̄us
aūt sanguinē illū in ampullis chrystal
linis ꝛ vitreis ꝯseruauit. Christianuȝ
etiā illū accersiuit ad seꝛ q̇s tā pulchrā
imaginē cōposuissȝ inq̇siuit. At ille di
xit. Nicodem⁹ illā cōposuit quā mori-
ens gamalieli. gamaliel zacheo. zache
us iacobo. iacob⁹ symōi reliq̇t. Sicq̄ꝫ
in hierl̄m vsq̄ꝫ ad excidium vrbis fuit
donec inde a fidelib⁹ in regnū agrippe
delata. ꝛ inde ad patriā meā deducta
a ꝑentib⁹ meis ad me hereditario iure
deuenit. Factum est h̄ anno dn̄i. d.ccl.
Tūc oēs iudei synagogas i eccl̄ias cō
secrarūt. Et extūc h̄ mos inoleuit vt ec
clesie ꝯsecrarent̄. q꞉ an̄ tm̄ altaria con-
secrabant̄. Propt̄ istud miraculū ordi-
nauit eccl̄ia. v. kal̄. decēbris memoriā
fieri dn̄ice passiōis. vel vt alibi legit̄. v.
idus nouēbris. Vn̄ ꝛ rome ꝯsecrata ē
eccl̄ia in honore saluatoꝝ. vbi ampul-
la cū illo sanguie reṡuat̄ ꝛ solēne festuȝ
tūc agit̄. E Virt⁹ cruc̄ etiā apud
infideles maxia ꝑ oia ꝯprobat̄. Nā vt
Greg⁹. in. iij. dialogo. lib. cōmemorat
andreas fundane ciuitat̄ ep̄s. dū q̄n-
dā sctīmonialē feminā secū hitare per
mitteret. antiqu⁹ host̄ cepit illi⁹ speciē
oculis mētis ei⁹ imp̄mere vt i lecto ne-
phāda cogitaret. Quadā ṽo die iude
us q̇dā romā veniēs cū iā diē declina-
re cerneret ꝛ vbi manere posset mime
repꝑisset. in q̄daȝ tēplo appollinis ad
manēdū se ꝯtulit. Qui ipm loci illius
sacrilegiū ꝑtimescēs. ꝙuis fidē crucis
mime hr̄et. signo cruc̄ tn̄ se munire cu
rauit. Nocte aūt media euigilās vidit
malignoꝝ spirituū turbā q̄si in obseq̇-
um cuiusdā potētis preire. Cūq̄ꝫ q̇ ce-
teris p̄erat i eoꝝ medio ꝯsederet. cepit
singl̄oꝝ spirituū sibi obseq̄ntiū causas
actusq̄ꝫ discutere. q̄ten⁹ vnusq̄sq̄ꝫ q̄ntū
egisset neq̄tie iueniret. Modū aūt h⁹
discussiōis Gregori⁹ cā breuitat̄ ꝑtrā
sit. Sȝ ex simi exēplo qd̄ legit̄ in vitaspa
trū innotescere pt. Naȝ dū q̇daȝ in tē-
plū idoloꝝ intrasset. vidit sathanaȝ se-
dentē ꝛ oēm ei⁹ militiā ei assistentē. Et
veniēs vn⁹ d̄ malignis spiritib⁹ adora
uit eū. Cui ille. Vn̄ venis. Et ille. In

illa ꝓuincia fui ⁊ ibi bella plurima su-
scitaui ⁊ ꝑturbatões mltas feci. ⁊ san-
guinẽ copiosum effudi. ⁊ veni nũciare
tibi. Et sathan ait. q̃nto tp̲e h̄ fecisti.
Et ille. In triginta dieb. Et sathan.
Quare tãto tp̲e h̄ fecisti. Et ait assistẽ-
tib. Ite ⁊ flagellis eũ cedite ⁊ durius
ꝟberate. Et scd̃s veniẽs adorauit euz
dicẽs. In mari dñe eram ⁊ cõmotões
maximas excitaui. ⁊ naues mltas de-
mergẽs. hoies q̃ꝫplures occidi. Et ait.
q̃nto tp̲e h̄ fecisti. Et ille. In vigiti die
bus. Et iussit hũc silr flagellari dicẽs.
Ita modicũ tãto tp̲e laborasti. Et ter
cius veniẽs ait. In q̃dã ciuitate fui. et
rixas in q̇busdã nuptijs excitaui ⁊ ml-
tã sanguinis effusionẽ feci. ⁊ spõsuz ip̄m
occidi ⁊ veni nũciare tibi. Cui dixit. q̃n
to tp̲e h̄ fecisti. Et ille. In decez dieb.
Et ille ait. nõne plura ĩ tot dieb oꝑatꝰ
es. Et iussit eũ a circũstantib ꝟberari.
Et q̃rtus veniẽs ait. In heremo mãsi
⁊ ꝑ q̃draginta annos circa q̃ndã mo-
nachũ laboraui ⁊ vix tandẽ ip̄m in la-
psuz carnis p̄cipitaui. Q̇d sathã audi
ens de solio suo surrexit ⁊ eũ osculãs d̊
capite suo coronã abstulit ⁊ capiti illiꝰ
imposuit. ac ip̄m secũ ꝯsedere fecit di-
cẽs. Magnaz rẽ fortit̃ egisti. ⁊ plꝰ oib
laborasti. Hic igit̃ vel sitis p̄t eẽ modꝰ
illiꝰ discussiõis quẽ Gregoriꝰ p̄termit-
tit. Cũ g̊ singli spũs exponerẽt q̇d egis
sent vnꝰ in mediũ ꝓsilijt ⁊ q̃nta carnis
tẽptatõe de illa sctimoniali feĩa an-
dree animũ cõmouisset aꝑuit. Addẽs
ꝙ heri hora vespaꝝ vsq̄ ad h̄ eiꝰ mẽtẽ
traxerit vt in tergũ eiꝰ blandiẽs alapã
daret. Tũc malignꝰ spũs eũ hortatꝰ ẽ
vt ꝑficeret q̇d cepisset. vt illiꝰ ruine sin-
gularẽ int̃ ceteros palmã teneret. Pre-
cepitq̄ vt q̃rerẽt q̇snã esset ille q̇ iacere
in tẽplo eodẽ p̄sumpsisset. Cuz aũt ille
vehemẽtiꝰ palpitaret ⁊ missi spũs euz
crucis mysterio signatũ viderẽt. territi
clamauerũt. Uere vas vacuũ sꝫ signa
tũ. Ad hanc vocẽ ꝓtinus illa maligno
rum turba disparuit spirituũ Iudeus
aũt ꝯcitus ad ep̄m venit. ⁊ ei oia ꝑ or-
dinẽ enarrauit. Q̇d ille audiẽs vehe-
mẽter ingemuit. ⁊ omnẽ mulierẽ a do-
mo sua ⁊ vicinia ꝓtinus remouit ⁊ iu-
deum baptizauit. Refert q̊z Grego
rius in lib. dialogo. ꝙ q̃dam sctimoni-
alis hortũ ingrediẽs ⁊ lactucã ꝯspici-
ens ꝯcupiuit eam. q̄ signo crucis bñ-
dicere oblita auide momordit. Sꝫ ar-
repta a diabolo ꝓtinꝰ cecidit. Cũ autẽ
btũs eq̇tius ad eam venisset. diabolus
clamare cepit ac dicere. Ego q̇d feci. e-
go q̇d feci. Sedebã h̄ suꝑ lactucaz illa
venit ⁊ momordit me. Ad imꝑiuz aũt
p̄dicti viri diabolꝰ mox de ea exiuit.

Legit̃ in hysto. ecclesia. ꝙ gentiles ꝑ
alexandriã arma serapis in ꝑietib de
pinxerãt. Theodosiꝰ ꝟo illis deletis si-
gnum cruc; depingi mandauit. Quo
viso gentiles ⁊ sacerdotes idoloꝝ ba-
ptizati sunt. dicẽtes traditũ esse ab an
tiq̇s ꝙ ea q̄ colebant starẽt donec veni-
ret signũ illud in q̊ est vita. Quedã tũc
lr̃a apud illos quã sacram vocabant.
habebat formã crucis quã dicebant i-
terp̄tari vitam futuram.

Legenda. cxxxj. A

De sancto Johanne chrysostomo

Iohannes cognomi-
ne chrysostomꝰ antiocenus
filiꝰ secũdi ⁊ anthure nobi-
liũ fuit. Cuiꝰ vita genꝰ con-
uersatio ⁊ ꝑsecutio in hystoria triꝑtita
pleniꝰ declarat̃. Qui cũ ph̄ie studiũ i-
pẽdisset. tandẽ hãc deserẽs diuis lectio
nib incũbebat. Qui p̄sbyter ordinatꝰ
ꝓpter castitat; zelũ seuerior habebat̃ ⁊
feruori magis q̃ꝫ mansuetudini seruie
bat. Et ꝓpter vite rectitudinẽ incautꝰ
ad futura ꝓspicere nesciebat. In ꝯfa-
bulatõe arrogãs a nesciẽtib putabat̃.
In docẽdo erat p̄cipuꝰ. in exponendo
egregiꝰ. ad mores coercẽdos optimꝰ.
Regñtib igr̃ archadio ⁊ honorio au
gust; ⁊ damaso ĩ romana sede p̄sidẽte
factꝰ ẽ ep̄s. Qui dũ vitã clericoꝝ repẽ-
te corrigere voluit. oẽs in sui odiũ ꝯci-
tauit. ⁊ eũ velut furiosum declinabant

⁊ apud oēs ei detrahebāt. Et q̄ nūq̄ꝫ
aliquē ad prandiū iuitabat. nec ab ali
quo inuitari volebat. dicebāt eū h̄ iō
facere q̄ turpiter mādūcaret. Alij ꝓpt̄
excellentē ⁊ exq̄situ̅ vsum ciboꝝ h̄ eum
facere ꝑdicabāt. Reuera aūt ꝓpt̄ absti
nentiā stomachū ⁊ caput sepe dolebat
⁊ iō prandioꝝ epulas euitabat. Ppl's
aūt ꝓpt̄ ꝯmones q̄s in eccl'ia faciebat
eū plurimū diligebat. ꝑuipēdēs ꝙ con
tra eū emuli loq̄rent̄. Apposuit q̄ꝫ io-
hānes ⁊ q̄sdam ꝓcerū obiurgare. ⁊ iō
ꝯtra eū maior inuidia est accēsa. Ali
ud q̄ꝫ fecit qđ cūctos valde cōmouit.
Eutropiꝰ nāq̄ꝫ ꝑpositꝰ impatoris ⁊ ha
bēs ꝯsulis dignitatē. volēs in q̄busdā
ad eccl'iaꝫ ꝯfugiētib⁹ se vīdicare. studu
it vt lex ab impatore poneret̄. vt nullꝰ
ad eccl'iam ꝯfugeret. imo q̄ dudū refu
gerāt extraherēt̄. Pꝰ paucos aūt dies
cū eutropiꝰ regē offendisset. ad eccl'iaꝫ
mox ꝯfugit. Eps aūt h̄ audiēs ad euꝫ
sub altari latitantē accessit. ⁊ omeliam
increpatoriā ꝯ̄ eū faciēs ipꝫ durissime
obiurgauit. Ex q̄ re ml'tos offendit eo
ꝙ hoi infelici nō solū noluit mi'cdiam
impēdere. sꝫ insuꝑ nō destitit obiurga
re. Impator g̃ eutropiū rapiēs. eiꝰ ca-
put abscidit. Pro diuersis igit̄ causis
ml'tos hoies fiducialiꝰ obiurgabat et
iō erat plurimis odiosus. Theophi
lus aūt alexandrinꝰ eps iohēm depo-
nere volebat. ⁊ ꝑsbyteꝝ q̄ndā noīe isi-
dorū intrudere affectabat. ⁊ iō causas
depositōis diligenter q̄rebat. Populꝰ
aūt defendebat iohēm. ⁊ eiꝰ doctrina
mirabili auiditate pascebat̄ Sacerdo
tes q̄ꝫ Johēs ꝯm eccl'iasticas sctiones
viuere cogebat. dicens nō debere frui
honore sacerdotij q̄ coꝝ vitā ꝯtēnerēt
imitari. Nō solū aūt ciuitatē ꝯstātino
politanā strenue gubernabat. sꝫ ⁊ plu
res circū adiacentes ꝓuincias impiali
autoritate ꝓuidis legibus ordinabat.
Cūq̄ꝫ coguisset in fenice adhuc demo
nib⁹ sacrificia ministrari. cleros illuc ⁊
monachos destinauit. oīaq̄ꝫ tēpla ido
loꝝ destrui fecit. Eodē tp̄e gaymas
q̄dam erat genere celticꝰ. ꝯsilio barba
rus. studio tyrānico vehemēter elatus
arriana heresi deprauatꝰ. magr̄ tn̄ mi
litū factꝰ. Hic impatorē rogauit vt in
tra ciuitatē sibi suisq̄ꝫ eccl'iam vnā da-
ret. Qđ cū ꝓmisisset. rogauit iohēꝫ vt
eccl'iam vnā illi ꝯcederet. vt sic eiꝰ tyrā
nidē refrenaret. At iohēs ꝟtute fortis-
simꝰ ac totꝰ zelo ignitꝰ. noli inq̄t o ipa-
tor h̄ ꝓmittere. nec sctm̄ canib⁹ dare. nꝰ
hūc barbaꝝ metuas. Sꝫ ambos nos
iube vocari ⁊ sub silentio int̄ nos q̄ di
cunt̄ audi. Ego nāq̄ꝫ huiꝰ linguā sic re
frenabo. vt hmōi petere non ꝑsumat.
Qđ audiēs impator gauisus ē. ⁊ vtrū
q̄ꝫ altera die vocauit. B Cunq̄ꝫ
gaymas vnū ꝓ se oratoriū peteret. ait
Johēs. Vbiq̄ꝫ tibi diuia domꝰ apta
est vt nullꝰ te vetet orare. At ille. Ego
alteriꝰ secte sum. ⁊ vnū tēpluꝫ cū meis
habere deposco. Multos q̄dē ꝓ roma
na republica labores assumpsi. ⁊ iō n̄
debeo in mea petitōe ꝯtēni. Cui iohā
nes. Plurima ꝑmia ⁊ q̄ trāscēdūt tua
certamia recepisti. Magister militūꝫ
factꝰ es. ꝯsulari toga insuꝑ exornatꝰ et
oꝑtet te ꝯsiderare q̄d dudū fuerꝭ ⁊ q̄lis
mō ꝯspiciarꝭ. Que ꝑsca pauꝑtas ⁊ q̄
mō substātia. Quib⁹ vestimētis ante
vtebarꝭ. ⁊ q̄b⁹ ornarꝭ mō. Igit̄ q̄ pau
ci labores maxima tibi ꝑmia ꝯtulerūt
ꝯtra honorantē te nō sis ingratꝰ. His
ꝯmonib⁹ eiꝰ os obstruxit. ipmq̄ꝫ cōpu-
lit vt taceret. Dū igit̄ ꝯstantinopoli
tanā vrbē strenue gubnaret. gaymas
impiū ambiēs cū i die nihil agere pos
set nocte barbaros misit ꝙ palatiū cō-
cremarēt. Tūc apte mōstratū est quō
sctūs iohēs custodiebat ciuitatē. Bar
baris eīm angeloꝝ armatoꝝ ingēs cor
pus hn̄tiuꝫ copiosa turba apparuit q̄
ipos ꝓtinꝰ effugauit. Qđ cuꝫ dn̄o suo
nūciassent. ille valde miratꝰ ē sciēs exer
citū militū ꝑ ciuitates alias ꝯstitutuꝫ.
Cū igit̄ seq̄nti nocte eos iteꝝ destinas-
set a visione angeloꝝ sunt sil'r effugati.
Nouissime ille egressus miraculū vidit
⁊ fugit. estimās milites in die latere ⁊

nocte ciuitatē custodire. Egressus inde ad traciā iuit. ⁊ magno cōgregato exercitu cūcta vastabat. timētibꝫ cūctis barbaricam feritatē. Imꝑator ꝗ iohāni sctissimo onus legatōis iposuit. Ille aūt inimiciciaꝝ īmemor alacriter est ꝑfectus Gaymas ꝟo agnoscēs eiꝰ fiduciam pietate assumpta lōgo itinere eidem occurrit suisqꝫ oculis dexteraȝ eiꝰ circūposuit. ⁊ filios suos sacra eius genua osculari ꝑcepit. Huiꝰ nanqꝫ ꝟtutis iohes fuit vt etiā valde terribiles humiliari cogeret ⁊ timere.

¶ Eodē q̊ȝ tꝑe questio mota est vtrū deꝰ corpꝰ haberet. ex q̄ questione ꝯtentōes ⁊ certamina surrexerūt alijs hoc alijs aliud affirmantibꝫ. maxime tñ monachorū turba simpliciū est decepta. dicentiuȝ deū forma corꝑea esse distinctū. Theophilus aūt eps alexandrinꝰ cōtrariū sapiebat. ita vt in ecclia ꝯtra eos qui humane forme deū asseruerant ꝯtēderet ⁊ deū incorporeū ꝑdicaret. Quod egyptioꝝ monachi agnoscētes habitacula sua reliq̄runt. ⁊ alexandriā venientes seditōeȝ ꝯtra Theophilū excitarunt ita vt eū occidere niterent̄. Qđ ille cognoscens ⁊ timens ait illis. Sic vos inq̄t video sicut dei vultuȝ. Et illi si vere inq̄unt dicis. q̄ vultus dei sic est vt noster. anathematiza libros origenis q̄ nostre opinioni aduersant̄. Qđ si nō feceris. q̄ imꝑatoribꝫ ⁊ deo rebellis es a nobis opprobriū sustinebis. Et ille. Nolite in me seuire. Ego q̄dem q̄ vobis placēt facio. Et sic monachos a suo impetu reuocauit. Exercitati ꝟo ⁊ ꝑfecti monachi in hoc seducti nō sunt. sȝ simplices ardore fidei ꝯtra frēs ꝯtrariū sapientes insurrexerūt ⁊ mltos occidi fecerunt. Dū hec in egypto fierēt iohānes apud ꝯstātinopoliȝ doctrina florebat ⁊ apud oēs admirabil' habebat̄. Veruȝ cū arriani plurimū pullularēt ⁊ extra ciuitatē eccliam haberēt. sabbato tñ ⁊ dñica intra portas ⁊ porticꝰ cōgregati hymnos ⁊ antiphonas nocte cātabant. Diluculo aūt cū ipis antiphonis ꝑ mediā ciuitatē portas egressi ad suā eccliam ꝯcurrebant. Hec autē ad vituꝑationē ortodoxoꝝ facere nō cessabant. frequēter hoc decātantes. Vbi sūt q̄ dicūt tria ꝟtute vnū. Johes aūt metuens ne simplices his cantibꝫ traherent̄. instituit vt fideliū turba nocturnis hymnis insisteret vt ⁊ illoꝝ opus obfuscaret̄. ⁊ fideliū ꝓfessio firmaret̄. Fecitqꝫ cruces argēteas q̄ cū argēteis cereis portabant̄. Tūc arriani zelo accensi iuidie vsqꝫ ad necē īsurgūt. Vna igit̄ nocte petra ꝑcussus est brison eunuchus auguste. q̄ ad hymnos exercēdos a iohe fuerat deputatꝰ. Sȝ etiam q̄daȝ de ꝓplo vtriusqꝫ ꝑtis extincti sūt. Ex his motꝰ imꝑator ꝓhibuit arrianos hymnos publice decantare.

¶ Eo tꝑe seuerianꝰ gabalēsis eps honorabilis apud mltos ꝓceres ⁊ ab ipo imꝑatore ⁊ augusta mltū dilectꝰ ꝯstantinopolim venit ⁊ a Johe gratāt' susceptꝰ est. Cūqꝫ iohes asyam ꝑrexisset. suā eidem eccliam ꝯmēdauit. Ille aūt nō fideliter ambulabat sed semetipm ꝓplo ꝯmēdabat. Serapion aūt clericus iohānis hoc iohi studuit nūciare. Trāseūti aūt seueriano nō assurrexit serapion. Ille aūt indignatꝰ clamauit. Si serapion clericus nō mortuꝰ fuerit. xp̄s in humana natura natꝰ nō est. Hec audiens Johes rediit. ⁊ ipȝ tanq̄ blasphemū de ciuitate eiecit. Qđ auguste multū displicuit ⁊ ipm reuocari fecit rogāś iohem vt ipȝ sibi recōciliaret. Qui nullatenꝰ acq̄euit donec augusta filiū suū theodosiū eius genibꝫ imponeret supplicans ⁊ ꝯiurans vt seuerianū recōciliaret.

¶ Eodē q̊ȝ tꝑe Theophilus alexandrinꝰ eps Dyoscoꝝ viꝝ sanctissimū ⁊ ysidoꝝ ꝑus sibi amicissimū iniuste eiecit. Qui ꝯstantinopolim venerūt vt ꝑncipi ⁊ Johi eiꝰ facta narrarent. Johes aūt eos q̄deȝ honorabat. sȝ ante cause cognitionē cū eis ꝑticipare nolebat. Falsus tñ rumor ad theophilū venit q̄ Johes cū illis cōicaret. ⁊ eis auxiliū ferret. At theophilꝰ indi-

gnatꝰ. nō solū in illos vindictā exercere sȝ Johēz ꝺponere fortiꝰ se armabat. Celans igitur intentionē suam misit ad singl'aꝝ ep̄os ciuitatū dicēs se Origenis velle libros dānare. Epyphanium q̊qȝ ep̄m cypri viꝝ sctissimū ⁊ famosissimū circūuenit ⁊ amicū fec̄. rogans vt ⁊ ip̄e silꝰ libros Origenis dānaret. Epiphaniꝰ ꝓpꝰ sui sctitatē eiꝰ fallacias ñ attēdēs apꝺ cypꝛū suos ep̄os ꝯuocauit ⁊ lectōez Origenis interdixit. rogās Johēz ꝑ lr̄as vt se ab hoꝝ lectōe librorū suspēderet. ⁊ q̄ ordinata fuerāt ꝯfirmaret. Johēs āt h̄ ꝑuipēdēs in doctrina eccl'iastica laborabat. ⁊ i ea florebat nihilqȝ de his q̄ ꝯ eū cogitabanꝰ curabat. Demū theophilꝰ odiū diu celatū manifestauit. ⁊ se velle Johēz deponere indicauit. Moꝝ inimici iohis mltiqȝ clerici ⁊ ꝓceres palatij tp̄s optunū inueniētes. nitebāꝰ vt ꝯ Johēz apud cōstātinopolīz ꝯciliū fieret. Pꝰ h̄ aūt epiphaniꝰ cōstātinpolīz venit. dānatōem libroꝝ Origenis secū ferēs. ⁊ iuitatōz iohis cā theophili declinauit. Et q̄dā ꝓpꝰ epiphanij reuerētiā dānatōi librorū Origenis subscribebāt. plimi āt h̄ facere recusabāt. q̊ꝝ vnꝰ fuit theotinꝰ sichie p̄sul vir rectitudie vite famosissimꝰ. Qui ita r̄ndit. Ego inq̄t o epiphani eiꝰ q̄ dudū bn̄ reqeuit. iniurias ñ fero. neqȝ rē blasphemā tēptare p̄sumo. dānans ea q̄ p̄ores nr̄i respuere noluerūt. Nā neqȝ malā doctrinā i libris eiꝰ esse ꝯspicio. Qui his ꝯtumelias iferūt nesciūt semetip̄os. Athanasiꝰ āt defensor Niceni ꝯcilij ꝯ arrianos testē sue fidei hunc viꝝ appellat. illiꝰ libros suis ꝯiungēs ⁊ dicēs. Mirabil' inq̄t ⁊ laboriosissimꝰ Origenes h̄ de filio dei nob̄ testimoniū ꝑhibet. asserēs coeternū eū p̄ri. Johēs aūt indigtus nō est cur absqȝ regulis i eccl'ia sua epiphaniꝰ ordiatione fecerit. Sȝ tn̄ rogabat vt intꝰ ep̄os cū eo maneret. At ille nec se cū eo manere nec orare r̄ndit. nisi dyoscoꝝ eijceret. ⁊ dānatōi libroꝝ origenis s̄bscriberet. Johēe h̄ facere renuēte. aduersus iohānē ab eiꝰ inuidis Epiphaniꝰ incitaꝰ. Vn̄ epiphaniꝰ libros Origenis dānauit. ⁊ dyoscoꝝ adiudicauit ⁊ iohi tāqȝ hoꝝ defensori detrahere cepit. Cui iohānes mādauit. Cōtra regulas mlta fecisti o epiphani. Primū q2 ordiatōez fecisti in eccl'ia sub meo iure cōstituta. Deide q2 i ea autoritate ꝓpria sacra celebrasti. Et rursus q2 iuitatꝰ excusasti. ⁊ nūc denuo q2 in teip̄m ꝯfidis. Quapropꝰ obs̄ua ne i ꝓpl'o seditio oriaꝰ. et hꝰ rei ꝑiculū ip̄e suscipias. Hoc āt audiēs epiphaniꝰ discessit. Qui cū ad cyprū reuersurꝰ eēt. mādauit iohi. Spero q2 ep̄s nō morieris. At ille remādauit. Spero q2 ad p̄riaz tuā nō redibis. Qꝺ sic euenit Nā epiphaniꝰ i via obijt. Et iohēs postmodū de ep̄atu ꝺpositꝰ in exilio vitā finiuit. E Ad sepulchrū aūt hꝰ epiphanij viri sctissimi demones expellūꝰ. Fuit aūt vir mire liberalitatꝭ ad pauꝑes. Qui cū q̄daz vice totā eccl'ie pecuniā erogasset. ⁊ nihil sibi remāsisset. q̇daz subito veniēs sacculum ml'taꝝ pecuniaꝝ sibi obtulit ac discessit. Nec vn̄ venerit aut q̊ abierit scitū fuit. Pauꝑes q̇dā volētes epiphaniū decip̄e vt aliq̇d eis daret. vnꝰ eorū supinū se i terra ꝓstrauit. alter suꝑ euz stās q̄si mortuū flebat. ⁊ qꝛ nihil vn̄ eū sepelire posset hr̄et q̄rulis vocibꝫ clamabat. Epiphaniꝰ igiꝰ suꝑueniēs vt i q̇ete dormiret orauit. ⁊ sepulture necessaria mistrauit Hoiemqȝ ꝯsolatꝰ abijt. Ille aūt sociū pulsans dicebat. Surge hodie tuis laboribꝫ epulemur Quē cū crebro pulsasset. ⁊ mortuū ag̊uisset. ad Epiphaniū cucurrit ⁊ q̇d acciderit nūciauit. ac vt eū resuscitaret rogare cepit. Ille āt benigne eū ꝯsolatꝰ ē. nō tn̄ eū resuscitare voluit ne mistrꝭ dei facile illudaꝰ. Veꝝ cū epiphaniꝰ discessiss3 relatū ē iohi qꝛ eudoxia augusta ꝯ euz epiphaniū incitass3. Qui solito zelo accēsus s̄monē ad ppl'm fec̄. q̄ cūctaꝝ mulieꝝ vituꝑatōz oimodā ꝯtinebat. Hic s̄mo ab oibꝫ ē acceptꝰ. vt q̄si ꝯ augustā sit ꝓlatꝰ. Qꝺ cū augusta cog̊uisset iga

tori cõquesta est dicẽs ↄtumeliã illatã
vxori in eũ potius redũdare. Motus
ad hec impator ↄtra iohãnẽ pcepit si-
nodũ celebrari. Theophil⁹ igit̃ festine
epos ↄuocabat. Necnõ iohãnis inimi
ci alacriter ↄfluebãt. superbum ꝛ impiũ
eũ vocãtes. Uniuersi igit̃ epi apud cõ
stantinopolim ↄstituti nõ iaȝ de libris
Origenis tractabãt. sȝ ↄtra iohẽm se
manifesti⁹ erigebant. Mittẽtes igit̃ ꝓ
iohãne ipm citauerũt. q eos velut ini-
micos vitare cẽsuit. ac vniuersalẽ sino-
dum fieri ꝓclamauit. Illi vero q̃ter euȝ
denuo citauerunt. Qui cũ eos refuge-
ret ꝛ sinodum fieri ꝓclamaret. damna
uerũt eum. in nullo eũ culpantes nisi q
vocatus noluit obedire. Quod populus
audiens ad seditões maximas excita-
tus est. ꝛ eũ trahi ab ecclia nõ sinebat.
sed vt hoc ad mai⁹ referret conciliũ ꝓcla-
mabat. Iussio aũt ꝑncipis compelle-
bat eum velociter eijci. ꝛ in exilium de
portari. Johãnes aũt timẽs ne seditõ
in pplo oriret̃. nesciẽte ꝑplo semetipm
tradidit in exiliũ deferendũ. Quod cum
popul⁹ cognouisset iportabilis seditio
est exorta. ita vt etiã mlti inimicoꝝ ei⁹
ad miscdiam mouerent̃. dicẽtes eũ ca-
lumniã passuȝ quẽ paulo añ desidera-
bant videre depositũ. ¶ Seueria
nus aũt de quo sup̃ sermo habit⁹ est. i
ecclesia docẽs Johã... detrahebat di-
cens. Et si nulluȝ aliud crimẽ haberet
eius tamen superbia depositiõis eius
causa sufficiẽs esse posset. Orta igitur
contra imperatorem et episcopos im-
mensa seditione in populo. Augusta
imperatorem rogauit vt Johannem
de exilio reduci faceret. Terremot⁹ ꝗȝ
maximus ciuitatẽ iuasit dicentib⁹ cun
ctis hoc accidere ꝓpter iniustã deiectio
neȝ iohãnis. Missi igit̃ sunt legati ad
iohannẽ rogantes vt cito rediret. ꝛ ci-
uitati ꝑeunti suis orõnibus subueni-
ret. ꝛ in populo seditionẽ excitatã seda
ret. Alij quoq post illos ꝛ rursus alij
destinati sunt q euȝ cito redire compel
lerent. Qui eum redire nolentẽ ad pro
pria cito reduxerũt. eidem cũ cereis et
lampadib⁹ vniuerso populo occurren-
te. Ipse autẽ in episcopali sede reside-
re nolebat. dicẽs oportere hoc fieri iu-
dicio sinodali. ꝛ eos qui damnauerãt
suam sententiã reuocare. Popul⁹ autẽ
miro modo accendebat̃ cum in episco
pali sede residentẽ videre. ꝛ verba do-
ctoris audire. Preualuit igit̃ populus
coactusq est sermonẽ facere ad popu-
lum ac in sua cathedra residere. Theo
philus igitur aufugit. Qui cum iera-
polim aduenisset. mortuus est eiusdeȝ
ciuitatis episcop⁹. ꝛ ibi Lamon san-
ctissimus monach⁹ est electus. At ille
cũ crebro refugeret ei Theophilus sua
debat vt sue electioni consensuȝ prebe-
ret. Tunc ille promisit dicens. Cras
quod dño placet implebitur. Crasti-
na ergo die venientes ad cellam suam
cum vt episcopatũ susciperet instanter
rogabãt. qui ait. Oremus ꝑmo ad do
minũ. Qui dum oraret. mox cum ipsa
orõne terminũ vite sue suscepit. Johã-
nes itaq doctrine sedule isistebat. Eo
auteȝ tempe statua argentea clamide
circũamicta. in platea iuxta ecclesiam
sancte Sophie ad honorẽ eudoxie au
guste constituta erat. vbi milites ꝛ pro
ceres lusus publicos exercebãt. Quod
quidem iohãni plurimũ displicebat.
cum videret hoc ad ecclesie spectare in
iuriam. ¶ Consueta igitur fidu-
cia rursus linguã suaȝ armauit. Et cũ
oporteret principes supplicatiõis ver-
bo deflectere vt a tali lusu recederent hoc
nõ fecit. sed impetu sui vsus eloquij iu-
bentes fieri talia maledicebat. Augu-
sta vero rursus ad suam hoc trahebat
iniuriam. ꝛ denuo laborabat vt aduer
sus eum sinodus iterum celebraretur.
Hoc sentiens Johãnes illam famo-
sissimam in ecclesia protulit omeliam
cuius initium est. Rursus herodias in
sanit. rursus turbat̃. denuo saltat. de-
nuo caput Johannis in messorio con
cupiscit accipere. Quod factum ad ira
cundiam plus incitauit Augustam.

Dū aūt q̄dam iohem vellet occidere a ꝑplo est comphēsus. ⁊ ad iudicādū traditus. Sʒ a pfecto ne occidereť ereptꝰ est. Quidā etiaʒ seruꝰ cuiusdā pſbyteri in eū impetū faciēs ipm occidere molitus ē. Qui dū a q̄dam teneret. ipʒ q̄ tenebat. ⁊ aliū astanteʒ ⁊ terciū ꝑcussit. Tūc clamore facto multis ꝯcurrētib9 plurimos interfecit. Ex illo tꝑe ꝑplꝰs iohem custodiebat. eiꝰ domū dieb9 ac noctib9 muniēs. Suadēte igr̄ augusta epi ꝯstātinopolim ꝯuenerūt. ⁊ accusatores iohis fortiť insistere ceꝑunt. Cū aūt festiuitas natalis dn̄i suꝑuenisset. mandauit imꝑator iohi q2 nisi ꝓus criminib9 exuereť n̄ cōicaret eidē. Epi āt nihil ꝯ eū reꝑerūt nisi ꝙ pꝰ depositōeʒ residere in sede epali sine decreto ꝯcilij p̄sumpsissʒ. Et sic dānauerūt eū. Appropinq̄nte tandē solēnitate paschali mādauit ei imꝑator nō posse secū in ecclesia manere. cū eū duo ꝯcilia ꝯdēnassent. Vacabat igiť iohes ⁊ neq̄ꝫ i ecclesiā descēdebat. Illi q̄ iohi fauebant iohānite dicebanť. Post h̄ aūt impator Johannem de ciuitate expelli fecit ac duci in exiliū in q̄dam ciuitatē ꝑuā vbi fines sunt ponti imꝑijq̄ꝫ romani. q̄ loca crudelib9 barbaris sunt vicina. Sʒ clemēs dn̄s nō ꝑmisit diu in locis talib9 athletā suū fidelissimū cōmorari. Hoc Innocētiꝰ papa audiēs moleste ferebat. volēsq̄ꝫ ꝯciliū celebrare. scripsit clero ꝯstātinopolitano ne iohi successorē aliquē ordinarēt. Cū igr̄ longo fuisset itinere fatigatꝰ. ⁊ dolore capitis vehemētissime cruciatꝰ. necnō ⁊ ardorē solis intolerabilē patereť sancta illa ania in cumanis. xiiij. die mēsis septēbris e carne soluta est. Quo defuncto grando vehemēs in ꝯstātinopolim et oia suburbana descēdit dicētib9 cūctis h̄ dei iracūdia gestū esse. eo ꝙ iniuste iohānes fuerit cōdēnatꝰ. Quib9 v̄bis fidem fecit mors auguste ꝓtinꝰ subsecuta. Quarta nāq̄ꝫ die pꝰ grandinē est defuncta. Mortuoq̄ꝫ oim doctore terrarū. occidētales epi cū oriētalib9 nullatenus cōicare voluerunt. donec illiꝰ sacratissimi viri nomē inť p̄decessores episcopos poneret. Vex theodosiꝰ xp̄ianissimꝰ filiꝰ p̄dicti archadij. q̄ aui sui nomē ⁊ pietatē tenebat. sacras hꝰ doctoris reliq̄as in mēse ianuario i regiā ciuitatē transferri fec̄. Cui fidelissimꝰ ꝑpl's cū lampadib9 ⁊ cereis obuiauit. Theodosiꝰ aūt suppliciť eiꝰ adorās reliq̄as ꝓ archadio ⁊ eudoxia genitorib9 supplicauit. vt ignorāter delinq̄ntibus veniā cōdonaret. Dudū ei ꝑentes eiꝰ mortui fuerāt. Hic theodosiꝰ clemētissimꝰ fuit. adeo vt nullū se ledētiū morti adiudicaret dicēs. Vtinā eēt mihi possibile ad vitaʒ etiā mortuos reuocare. Eiꝰ curia monasteriū videbať. matutinas laudes agebat. codices diuios legebat. Huic erat vxor noie eudoxia q̄ heroyco metro poemata multa ꝯfecit. Habuitq̄ꝫ filiā noie eudoxiā quā Valētiniano quē imꝑatoreʒ fecerat dedit vxorē. Hec oia de hystoria triꝑtita extracta sunt. Mortuꝰ est āt circa annos dn̄i. cccc.   Le. cxxxij.

De sctis Cornelio ⁊ Cypriano.

C Ornelius interpretatur intelligēs circūcisionem. Ipe em̄ intellexit ⁊ intelligēdo fuauit circūcisionē a suꝑfluis licitꝫ ⁊ etiam necessarijs. Vel corneliꝰ dr̄ a cornu ⁊ leos qd̄ ē ꝑpl's. q̄si cornu. i. fortitudo ꝑpli. Cyprianꝰ dr̄ a cypro qd̄ est mixtura. ⁊ ana qd̄ ē sursum. Vel dr̄ a cypro qd̄ est mesticia vel hereditas. Ipe em̄ habuit suꝑnā mixturā gr̄e ⁊ v̄tutū. mesticiā pctoꝝ. ⁊ hereditatē celestiū gaudioꝝ. A

C Orneliꝰ papa successor scti Fabiani a Decio cesare cū suis clericis in exiliū relegať. Ibiq̄ꝫ a sctō Cypriano carthaginē. epo lr̄as cōfortatiōis accepit. Tādeʒ de exilio reductꝰ decio p̄n̄tať. ⁊ dū imobilis ꝑmaneret. iussit eū deciꝰ plūbatis cedi. p̄cepitq̄ꝫ vt ad tēpluʒ martꝭ duceret. vt ibi aut sacrificaret. aut sn̄iam capitalē sub

iret. Cū ḡ illuc ducereť. miles q̄dā ro//
gauit eū vt ad domū suā diuerteret. et
ꝓ vxore sua Salustia q̄ ꝑ q̄nq̄ annos
ꝑalitica iacebat oraret. Que dum ad
orōnē eiꝰ sanata eēt. xx. milites cū ipa ⁊
viro suo dn̄o crediderūt Qui oēs iubē
te decio ad tēpluz marts deducti. ⁊ i il//
lud expuētes cū sctō Cornelio marty//
rizati sunt. Passus est aūt circa annos
dn̄i. cclij. Cyprianꝰ aūt carthaginē
sis eps̄. in eadē ciuitate patrono ꝓcō//
suli pn̄tať. Qui cū a fide nullatenꝰ mu
tari posset. in exiliū mittiť. Inde reuo//
catꝰ ab anglirico ꝓconsule. q̄ patrono
successerat sniaz capitalē accepit. Qua
snia lata dixit Cyprianꝰ. Deo gratias
Cū aūt ad locū cū spiculatore venisset
p̄cepit suis vt eidē spiculatori ꝓ merce
de. xv. aureos darēt. Accipiēsq̄ linthe
um manu sua oculos texit. ⁊ sic coronā
suscepit circa annos dn̄i. cclvj.

Legenda. cxxxiij. A

De sancta Eufemia.

e Vfemia diciť ab eu
qd̄ est bonū. ⁊ femia. q̄si bo
na femia. i. vtilis. honesta ⁊
delectabilis. q: h̄ triplici mō dr̄ bonū.
Fuit em̄ vtilis alijs ꝑ ꝯuersatōez. ho//
nesta sibi ꝑ moꝝ cōpositōez. delectabi
lis deo ꝑ celestē ꝯtēplatōez. Vel eufe//
mia dr̄ q̄si eufonia qd̄ est suauis sono//
ritas. Suauis aūt sonꝰ fit trib; modis
scz voce vt in cantu. pulsu vt i cythara
flatu vt i organo. sic btā eufemia fecit
deo dulcē sonū cū voce p̄dicatōis. cum
pulsu bone oꝑatōis. ⁊ cū flatu interne
deuotōis. B

e Vfemia filia senatoris videns
xp̄ianos tpe dyocleciani tā di//
uersis penis laniari ad Priscū iudicez
ꝑperauit. ⁊ xp̄m publice ꝯfitēs exēplo
sue ꝯstantie etiā viroꝝ anios ꝯforta//
bat. Cuz igiť iudex xp̄ianos successiue
occideret. alios pn̄tes esse iubebat vt
saltē territi imolarēt. dū ꝯstātes tā cru
deliter laniari viderēt. Cū ḡ corā eufe//
mia sctōs crudeliť detrūcaret. ipa conꝰ
ꝯstātia ampliꝰ ꝓuocata iniuriā a iudi//
ce se pati clamabat. Tunc iudex gaui//
sus ē. putās eā sacrificijs velle ꝯsentire
Vn̄ cū ab ea quā sibi iniuriaz faceret
req̄sisset. illa ait. Cū sim genere nobiľ.
cur mihi ignotos ⁊ aduenas an̄ponis
⁊ p̄ores facis ad xp̄m ꝑtingere. ⁊ ad ꝓ
missam gl̄iaz ꝑuenire. Cui iudex. Pu
tabā te ad mentē redisse. ⁊ gaudebā te
tue nobilitatis vel sexꝰ meminisse. Re
clusa igiť in carcere. ⁊ seq̄nti die cū vin
ctis sine vinculis adducta. iteꝝ ḡuissi//
me ē ꝯq̄sta. cur ꝯ legē impatoꝝ sibi so//
li a vinculis ꝑcereť. Tūc alapis durissi
me cediť. ⁊ in carcere recludiť. Quā iu
dex secutꝰ ex libidine opprimere voluit
Sed illa viriliť reluctāte manū eiꝰ vir
tus diuia ꝯtraxit. Tūc putās se incan
tatū. p̄positū domꝰ sue ad ipaz direxit
mľta ꝓmittēs si eā facerz ꝯsentire. Sz
ille carcerē clausuz nec clauib; apire po
tuit nec securib; frāgere. donec a demo
ne arreptꝰ. clamās ⁊ seipm̄ dilanians
vix euasit. Deinde educta posita est su
per rotam. cuiꝰ vectes carbonib; pleni
erāt. ⁊ artifex intra rotā tale signū tra//
hētib; dedit. vt qn̄ sonū faceret siľ tra//
herēt. ⁊ sic exeūte igne vectes corpꝰ eius
dissiparēt. Sz nutu dī ferramētū q̄ ro
ta ꝑgabať de manu eiꝰ decidēs sonū fe
cit. ⁊ ꝯtinuo illis trahētib; rota artifi//
cē ꝯminuit. ⁊ eufemiā stantē suꝑ eā il//
lesam. seruauit. Tūc ꝑentes artificꝭ la//
mētantes supposito igne ipam cū rota
ꝯburere voluerūt. Sz rota ꝯbusta. eu
femia ab angelo soluta in q̄dam loco
excelso incolumis stare ꝯspiciť. Appel
lianꝰ iudici ait. Virtꝰ xp̄ianoꝝ nō nisi
in ferro vinciť. Vn̄ ꝯsulo vt eaz facias
decollari. Erectis ḡ scalis. cū q̄daz ad
eam capiendam manū mittere vellet.
mox totꝰ ꝑalisi solutꝰ vix inde semiuiuꝰ
eductꝰ ē. C Aliꝰ aūt noie Soste//
nes ascendēs ꝯtinuo mutatꝰ ab ea ve//
niā petijt. ⁊ euaginato gladio ad iudi//
cē clamauit. q̄ seipm̄ libentiꝰ occideret
q̄ eam quā angeli defendebāt ꝯtinge
ret. Deniq̄ inde educta. iudex cācella//

rio suo dixit vt ad eã oẽs petulãtes iu-
uenes ꝯuocaret. Qui tãdiu eã illude-
rent. donec fatigata deficeret. Sꝫ ille
ad eã ingrediẽs. ⁊ mltas ꝟgines splen
didissimas circa eã orantẽ vidẽs. mo-
nitꝫ eiꝰ ꝓtinꝰ xp̃ianꝰ effectꝰ ẽ. Preses ꝟo
ꝑ capillos ꝟginẽ suspẽdit. Sꝫ imobilẽ
ꝑmanentẽ negato cibo i carcerẽ reclu-
di fec̃. vt septimo die int̃ q̈ttuor mag̃s
lapides sic̃ oliua ꝯstringeret̃. Illa ꝟo
q̈tidie ab angelo satiata. duꝫ septimo
die intra lapides durissimos posita es
set ad eiꝰ orõnẽ ipi lapides in cinerẽ te-
nuissimũ sũt redacti. Vñ p̃ses se victũ
a puella erubescẽs eã in foueã ꝓijci ius
sit. vbi tres tãte imanitatꝫ bestie erant
ꝙ oẽm hoiem deglutirẽt. Que statim
blandiẽdo ad ꝟginẽ ꝯcurrẽtes ⁊ iũctis
ad iuicẽ caudis ei q̈si cathedrã ad sedẽ
dũ p̃bentes iudicẽ h̃ videntẽ vehemẽ-
tius ꝯfuderunt. Vñ cũ p̃ses fere p̃ an-
gustia moreret̃. igressus carnifex vt do
mini sui iniuriã vindicaret. gladiũ i la
tus suũ fixit. ⁊ xp̃i martyrẽ fec̃. Quẽ iu
dex ꝓ mercede veste serica induit. ⁊ tor
que aurea circũdedit. Sꝫ egrediẽs a le
one arripit̃ ⁊ ab eo penitꝰ deuorat̃. Vñ
sui eũ diutiꝰ ꝑq̈rentes vix pauca eiꝰ os-
sa cũ veste serica ⁊ torq̃ aurea reperũt.
Priscus q̊ꝫ iudex seip̃m comedẽs mor
tuꝰ ẽ inuẽtus. Sctã aũt eufemia in cal
cedonia cũ honore sepulta ẽ. Meritis
cuiꝰ omẽs iudei ⁊ gẽtiles calcedonie in
xp̃m crediderũt. Passa ẽ aũt circa an-
nos dñi. cclxxx. Ambrosiꝰ de hac vir
gine in p̃fatõe sic ait. Virgo alma tri-
umphatrix eufemia. ꝟginitatꝫ retinẽs
mitrã. passiõis meruit vestiri corona.
Cuiꝰ p̃cibꝫ hostis inimicꝰ euincit̃. Pri-
scus aduersariꝰ supat̃. a fornacis igne
ꝟgo sospes eripit̃. duri lapides i pulue
rẽ ꝯuertunt̃. Fere mansuescũt. collaq̈ꝫ
submittũt atq̈ꝫ oia penaꝝ supplicia eiꝰ
orõne supant̃. Nouissime gladij mu-
crone ꝯfossa. carnea relinq̈ns claustra.
celesti choro iungit̃ leta. Hec sacra ꝟgo
tibi dñe eccl'iam tuã cõmẽdet. h̃ ꝓ nob
pctõribꝫ interpellet. h̃ etiã vota nr̃a vt
ꝟgo vernula illabata tibi p̃stet.

Legenda. cxxxiiij.

De sancto Lamperto.

Lampertus nobil' genere sꝫ nobilior sctitate vi-
te. ⁊ a p̃meuo etatꝫ sue lr̃is
eruditꝰ adeo ꝓ sui sctitate ab oibꝫ ama
bat̃. vt pꝰ theodardũ magistrũ suũ tre-
cens. ecclesie in ep̃m meruit ꝓmoueri.
Quẽ childericꝰ rex plimũ diligebat. et
p̃ oibꝫ ep̃is charꝝ sꝑ hẽbat. Sꝫ crescẽte
inuidoꝝ malicia. eũ sine cã impij expel
lẽtes honore debito p̃uauerũt. ⁊ Fera
mũdũ in eiꝰ cathedrã statuerũt. At lã
pertꝰ monasteriũ ingressus. ꝑ septẽ an
nos ibidẽ optime ꝯuersatꝰ ẽ. Quadaꝫ
ꝟo nocte ad orõnẽ surgẽs i pauimẽto
ꝑ igrantiã sonũ fec̃. Qd audiẽs abbas
dixit. Quisq̈s hũc fec̃ sonũ statim va-
dat ad crucẽ. Tũc lãpertus ilico nudis
pedibꝫ i cilicio ad crucẽ cucurrit. ibiq̈ꝫ
tãdiu ⁊ i niue ⁊ gelu ac glacie fixus ste-
tit donec fratribꝫ pꝰ matutinas se cale
faciẽtibꝫ abbas eũ deesse cog̃uit. ⁊ au-
diẽs a q̊daꝫ fratre ꝙ ille esset q̇ ad cru-
cẽ iuisset eũ itroduci fec̃. ⁊ ab eo cũ mo-
nachis veniã postulauit. Ille ꝟo nõ so
lũ clemẽter indulsit. sꝫ ⁊ de bono patie
eis sublimit̃ p̃dicauit. Pꝰ septẽ annos
Feramũdꝰ expulsus ẽ. ⁊ sctũs Lãper-
tus iubẽte pipino ad sedẽ ꝓpriã est re-
ductꝰ. Cũ aũt sic p̃us ꝟbo ⁊ exẽplo pol
leret. insurgẽtes in eũ duo maligni: eũ
grauit̃ insectare ceperũt. Quos amici
põtifices eos sic meruerãt occiderunt.
Eo tp̃e lãpertꝰ pipinũ de q̈dam mere-
trice quã tenebat plurimũ increpauit.
Dodo aũt ꝯsanguineꝰ eoꝝ q̇ occisi fue
rãt. ⁊ frat̃ ipiꝰ meretricꝫ domesticꝰ aule
regie. ꝯgregato exercitu domũ ep̃i cir-
cũquaq̈ꝫ obsedit. volẽs occisoꝝ necem
in sctm̃ vindicare lãpertũ. At cuꝫ puer
lãperto in orõne posito nunciasset. ille
ꝯfisus in dñō vt eos expug̃ret mucro-
nẽ arripuit. Sꝫ ad se rediẽs gladiũ de
manu ꝓiecit. meliꝰ iudicãs vt ꝑsistẽdo
⁊ moriẽdo vinceret. q̈ꝫ vt sacratas ma-

nus de ipioꝝ sanguie macularet. Tūc vir dei su[illegible] āmonuit vt pctā sua ꝯfiterenꝛ ⁊ mortē patiēter sustinerēt. Statiqꝫ impij irruētes. sctm̄ in oꝛone lāpertum pstratū pemerūt. circa annos dn̄i dcxx. Quib' discedētib' qdaꝫ ex eiꝰ famulis euadētes corpꝰ eiꝰ occulte ad cathedralē eccłiam nauigio ꝑduxerūt. ⁊ cū mł'ta ciuitatꝭ mesticia sepulture dederunt. Legenda. cxxxv.

De sancto Matheo.

m Atheus binomiuſ extitit scꝫ matheꝰ ⁊ leui. Matheus aūt interp̄taꝛ donuꝫ festinationis. vel donatoꝛ ꝯsilij. vel dꝛ matheꝰ a magnꝰ ⁊ theos qd̄ est deꝰ q̄si magnꝰ deo. vel a manꝰ ⁊ theos q̄si manus dei. Fuit em̄ donū festinatōis ꝑ festinā ꝯuersatōeꝫ. donatoꝛ ꝯsilij ꝑ salubrem p̄dicationē. magnꝰ deo ꝑ vite ꝑfectionē. manꝰ dei ꝑ euāgelij ꝯscp̄tioneꝫ Leui interp̄taꝛ assumptꝰ vel applicatus. siue additꝰ aut appositꝰ. Fuit em̄ assumptꝰ ab exactōe vectigaliū. applicatus numero apłoꝝ. additus ꝯsortio euāgelistaꝝ ⁊ appositꝰ cathalogo martyrum.

m Atheꝰ apłus in ethiopia p̄dicans in ciuitate q̄ dꝛ nadaber duos magos noie zaroen ⁊ arphaxat reppit. q ita hoies suis artib' demētabāt vt q̄scūqꝫ vellēt mēbroꝝ officio et sanitate ꝓuare viderenꝛ. Qui i tantaꝫ suꝑbiā eruperūt vt se q̄si deos ab hoibus facerēt adorari. Matheꝰ aūt apostolꝰ p̄dictā ciuitatē ingressus. ⁊ apud eunuchū cādacis regine quē Philippꝰ baptizauerat hospitatꝰ ita magoꝝ prestigia detegebat. qꝛ qcq̄d ipi faciebant hoib' in ꝑniciē. h̄ ipe ꝯuerteret in salutē. Eunucho āt sctm̄ matheū intꝛogāte. quō tot linguas loq̄reꝛ ⁊ intelligeret exposuit ei Matheꝰ qꝛ spū scto descēdēte oim̄ linguaꝝ sciam recepisset. vt sicē illi q ꝑ suꝑbiā turrim vsqꝫ in celū edificare volebāt. p̄ ꝯfusiōe linguaꝝ ab edificatōe cessauerūt. sic apłi ꝑ oim̄ linguarū sciam turrim nō de lapidib' sꝫ de virtutib' ꝯstruāt ꝑ quā oēs q crediderint in celū ascēdant. Tunc venit q diceret magos illos cū duob' aduenisse draconib'. q ignē sulphureū ex oꝛe ⁊ narib' euomētes cūctos hoies occiderēt Apłs āt signo crucꝭ se muniēs ad eos secure exiuit. Quē mox vt dracones viderūt añ eiꝰ pedes ꝓtinꝰ doꝛmierīt. Dixitqꝫ magꝭ vbi ē ars vr̄a. Excitate eos si potestis. Ego aūt nisi dn̄m rogasseꝫ qd̄ in me cogitaueratꝭ inferre i vos ꝓtinꝰ retoꝛsisseꝫ. Cū aūt ꝓpł's ꝯuenissꝫ i noie iesu draconib' vt abirēt p̄cepit Et nullū ledētes ꝓtinꝰ abierūt. Cepit q̊ꝫ ꝓpło de gł'ia ꝑadisi terrestꝭ magnū sermonē ꝯtexere. asserēs ipm oib' mōtib' emiᷓere⁊ ꝓximū celo eē. spinas vł' tribulos ibi nō eē. lilia vel rosas ibi nō marcescere. senectutē ibi n̄ euenire. sꝫ hoiem ibi iuuenē sꝑ manere. angeloꝝ oꝛgana ibidē sonare aues vocatas ꝯtinuo obedire. De h̊ aūt ꝑadiso terrestri dixit hominē eiectū eē. sꝫ ꝑ xp̄i natiuitatē i ꝑadisuꝫ celestē reuocatū fuisse. Et cū hec ꝓpło loq̄reꝛ. ecce subito tumultꝰ exoꝛtꝰ est. i q̊ regꝭ filiꝰ moꝛtuꝰ plāgebaꝛ. Quē cū magi suscitare nō possent suadebāt regi qꝛ i deoꝝ ꝯsoꝛtiū raptꝰ fuisset. ⁊ idō simulachꝛū ⁊ tēplū sibi ꝯstrui opteret Predictꝰ āt eunuchꝰ magos custodiri faciēs apłm aduocauit. Qui oꝛone fusa eū ꝓtinꝰ suscitauit. Quapꝛopter rex noie Egisippꝰ h̊ viso ꝑ vniuersas suas ꝓuincias misit dicēs. Venite ⁊ videte deū in effigie hois latētē. Venerūt igr̄ cū coꝛonis aureis ⁊ diuersis sacrificiorū generib' volētes sacrificare ei Quos matheꝰ cōpescuit dicēs. Viri q̇d facitꝭ Ego deꝰ nō suꝫ. sꝫ seruꝰ dn̄i nr̄i ihu xp̄i Illi igr̄ de auro ⁊ argēto qd̄ sibi attulerant ipo iubēte eccł'iaꝫ magnā fabricauerunt. quā intra. xxx. dieꝝ spaciū ꝯsūmauerūt. In q apł's. xxxiij. annis sedit ⁊ totā egyptū ad fidē ꝯuertit. Rex aūt egyppꝰ cū vxoꝛe sua ⁊ oi ꝓpło baptizatus est. Ephigeniā q̊ꝫ filiā regis apł's deo dicatā plusq̄ꝫ ducētis virginibus

p̄fecit. B Post h̄ Hirtacus regi successit. ꝛ ꝟginē p̄dictā ꝯcupiscēs. di-
midiū regni sui aplo ꝓmisit. si eā i cō-
iugiū suū sibi faceret ꝯsentire Cui apo
stolꝰ ait vt iuxta morē p̄decessoris die
dñica ad ecclīam ꝯueniret ꝛ pñte ephi
genia cū ceterꝭ ꝟginibꝫ q̄ꝫ bona sint iu
sta ꝯiugia audiret Quo rex cū gaudio
festinauit. putās ꝙ ephigenie vellet cō
iugiū suadere. Matheꝰ igit̄ ꝟginibꝫ et
oi ꝓplo ꝯgregatis de bono mr̄imonij
diu locutꝰ a rege plimū ē laudatꝰ. cre-
dens ꝙ h̄ iō diceret vt ꝟginis animuȝ
ad mr̄imoniū ꝓuocaret. Deinde iꝑa-
to silētio s̄monē repetit dicēs. Cum g̊
bonū sit mr̄imoniū si saluo federe tene
atur. bñ scitis astātes ꝙ si regꝭ spōsam
aliq̄s seruoꝝ vsurpare p̄sumeret. nō so
lū regꝭ offensam. sȝ mortē insuꝑ mere-
ret̄. nō qꝛ vxorē duxisse ꝓbat̄. sȝ qꝛ spō-
sam dñi sui accipiēs eiꝰ mr̄imoniū vio
lasse ꝯuincit̄. Ita ꝛ tu rex sciēs ephige
niā regꝭ eterni spōsaȝ effectā. ꝛ sacro ve
lamie ꝯsecratā. quō poterꝭ spōsam po
tētioris te tollere. ꝛ tuo mr̄imonio co-
pulare. Quo audito rex p̄ ira insaniēs
furibūdꝰ abscessit. Apls aūt intrepidꝰ
ꝛ ꝯstans oēs ad paciam ꝛ ꝯstantiā cō
fortauit. ꝛ ephigeniā corā se ex timore
ꝓstratā cū ceterꝭ ꝟginibꝫ bñdixit. Post
missaꝝ aūt solēnia rex spiculatorē mi-
sit q̄ iuxta altare Matheū stantē. ꝛ ex-
pansis manibꝫ in celuȝ orantē misso a
tergo gladio interfec̄ ꝛ martyrē fecit.
Qd̄ ꝓpls audiens ad palatiū regꝭ oia
incēsurus ꝓperabat. Sȝ a p̄sbyterꝭ et
dyaconibꝫ vix detēti apli martyriū cuȝ
gaudio celebrauerūt. Rex ꝟo cū nec ꝑ
matronas ad eā directas nec ꝑ magos
ephigeniā posset aliq̄tenꝰ imutare. to-
tā eiꝰ domū igne copioso vallauit. vt
ipaȝ cū ceterꝭ ꝟginibꝫ ꝯcremaret. Apo
stolꝰ aūt eisdē apparēs oēm ignē ab ea
rū domo excussit. Qui erūpens regis
palatiū iuasit. ꝛ solo rege euadente vix
cū vnico filio cūcta ꝯsumpsit. Staticꝫ
filiꝰ arreptꝰ a demonio p̄ris crimia ꝯfi
tens ad sepulchrū apli ꝓperauit. Pat̄
ꝟo turpissimꝰ leprosus effectꝰ cū cura-
ri nō posset. manu ꝓpria gladio se pere
mit. Ppls aūt frēȝ ephigenie ab aplo
baptizatū regē ꝯstituit. Qui ꝑ annos
lxx. regnuit. ꝛ filiū suum sibi substituēs
xp̄ianū cultū magnifice ampliauit. et
totā ethiopie ꝓuinciā ecclījs xp̄i reple
uit. Xaroes aūt ꝛ arphaxat ab ea die q̄
regꝭ filiū apls suscitauit in ꝑsidē fuge-
rūt. Sȝ symon ꝛ iudas eos ibidē vice
rūt. C Notandū ꝙ i btō matheo
q̄ttuor ṗncipalit̄ ꝯsiderant̄. Primū est
obediētie velocitas. qꝛ mox vt xp̄s eū
vocauit. ꝯtinuo theloniū reliq̄t. nec do-
minos suos timēs rōnes vectigaliū i-
ꝑfectas reliq̄t ꝛ xp̄o ꝑfecte adhesit Pro
hac velocitate obediētie q̇dam occasi-
onē erroris sibi assumpserūt. sic recitat
Hierony. in originali suꝑ p̄dictū locū
dicēs. Arguit in h̄ loco Porphirius ꝛ
Julianꝰ augustꝰ vel iperitiaȝ hystorici
mētiētis. vel stulticiā eoꝝ q̄ statim secu
ti sunt saluatorē. q̄si irrōnabilit̄ quēli-
bet vocantē hoiem sint secuti. cū tante
ꝟtutes tātacꝫ sig̃ p̄cesserint q̄ aplos añ
q̄ꝫ crederēt vidisse nō dubiū est. Certe
fulgor ip̄e ꝛ maiestas diuitatꝭ occulta
q̄ etiā in hūana facie relucebat ex ṗmo
ad se vidētes trahere poterat aspectu.
Si ei i magnete lapide hec eē ꝟtus dr̄
vt anulos ꝛ festucas sibi copulet q̄nto
magꝭ dñs oim creaturaꝝ ad se ꝑ̇at
trahere q̊s volebat. h̄ Hiero. Scdȝ
est eiꝰ largitas siue liberalitas. qꝛ statiȝ
fec̄ ei ꝯuiuiū magnū in domo sua. Qd̄
q̇dem ꝯuiuiū nō tm̄ fuit magnū rōne
laute p̄ꝑatōis. sȝ etiā fuit magnū ṗmo
rōne voti. qꝛ cū mag̊ affectu ꝛ desiderio
ip̄m recepit. Scdo rōne mysterij. qꝛ il-
lud fuit indicatiuum magni mysterij.
Qd̄ mysteriū exponit glosa suꝑ Lucā
dicēs. Qui domicilio xp̄ȝ recipit inter
no. maximis exuberātiū pascit̄ dlecta-
tōibꝫ voluptatū. Tercio rōne documē
toꝝ. qꝛ ibi mag̃ documēta exhibuit. sic̄
miscd̄iaȝ volo ꝛ nō sacrificiū. ꝛ nō egēt
q̄ sani sunt medico ꝛc. Quarto rōne in
uitatoꝝ. qꝛ magni discūbētes etiā iui-

p Elagia prima feminaꝝ antiochie ciuitatis. rebus et diuitijs plena. corꝑe pulcerrima. habitu ambiciosa et vana. animo ⁊ corꝑe ĩpudica. Quadã vice ꝑ ciuitatẽ cuꝫ ambitione maxima trãsibat. ita vt nihil suꝑ eam nisi auꝝ ⁊ argentũ ⁊ p̃ciosi lapides viderent̃. ita vt q̃cunqꝫ iret aerẽ diuersorũ aromatũ odore repleret. quã p̃cedebat ⁊ seq̃bat̃ multitudo maxima puellaꝝ et pueroꝝ. q̃ ⁊ ipi p̃claris erãt ĩduti vestimẽtis. Quã q̃dã sctũs p̃r noĩe Veron⁹ ep̃us elyopoleos q̃ nũc Damiatha vocat̃ vidẽs amarissime flere cepit. ex eoqꝫ maiorẽ curã habebat placere mũdo q̃ꝫ ipe h̃ret placere deo. Procidẽsqꝫ suꝑ pauimẽtũ faciẽ suã cũ t̃ra ꝑcutiebat. ⁊ ipam terrã lachrymis rigãs dicebat. Altissime de⁹ ignosce mihi pctõri. qꝛ vni⁹ diei meretricis ornatus toti⁹ vite mee ĩdustriã superauit. Ne me dñe ꝯfundat vni⁹ meretricꝫ ornatus añ ꝯspectũ tremẽde maiestatis tue. Illa ꝓ terrenis sũmo se studio decorauit. Ego tibi ĩmortali dño placere ꝓposui ⁊ ꝑ meã negligẽtiã nõ ĩpleui Dixitqꝫ his q̃ secũ erant. In ꝟitate dico vobis. qꝛ deus hãc cõtra nos ĩ iudicio ꝓductur⁹ ẽ. q̃m hec tã solicite se depingit vt terrenis amatoribꝫ placeat. ⁊ nos celesti spõso placere negligimus. Dũ hec ⁊ silia diceret subito obdormiuit. Visumqꝫ est sibi q̃ q̃dã colũba nigra ⁊ fetida nimis circa eũ celebrantẽ missam volaret. Qui dũ cathecumios abscedere p̃cepissꝫ colũba disparuit. ⁊ p⁹ missam rediẽs et ab ipo ep̃o ĩ vase quodã mersa mũda et cãdida exiens tam alte volauit q̃ videri non potuit. Euigilãs igit̃ dũ q̃dã vice ad ecclĩam ꝓcedẽs p̃dicarꝫ ⁊ pelagia p̃ñs eẽt ado ꝯpũcta ẽ q̃ ei lr̃as ꝑ nũciũ misit dicẽs. Sctõ ep̃o discipulo xp̃i pelagia discipula diaboli. Si ꝟe xp̃i discipul⁹ comprobaris. q̃ vt audiui ꝓ pctõribꝫ d̃ celo descẽdit me peccat̃cẽꝫ penitẽtẽ suscipe digner̃. Cui ille remisit. Rogo vt hũilitatẽ meã nõ t̃ptes. qꝛ hõ pctõr sum. Sꝫ si ꝟe saluari desideras solũ me videre ñ poter̃. sꝫ int̃ alios me videbis. Cũqꝫ ad euꝫ corã plr̃ibꝫ aduẽissꝫ pedes ei⁹ app̃hẽdit. ⁊ amarissime flẽs dicere cepit. Ego sũ pelagia pelag⁹ iniq̃tatꝫ exundãs fluctibꝫ pctõꝝ. Ego sũ ꝑditõnis abyssus. ego vorago ⁊ laq̃us aiaꝝ mltos d̃ceptos decepi q̃ nũc cuncta ꝑhorrui. Tũc ep̃s int̃rogauit eã dicẽs. Q̃d tibi nomẽ ẽ. Cui illa. a ntitate pelagia vocor. sꝫ ꝓpt̃ vestimẽtoꝝ pompã oẽs me margaritã appellãt. Tũc ep̃s clemẽter eã suscipiẽs pniaꝫ ei salutarẽ iniũxit. ⁊ ĩ dei tiore diligẽter ĩstruxit. et sacro baptismate regenerauit. Diabolus ãt ibidẽ clamabat di. O violẽtia quã patior ab h̃ sene decrepito. O violẽtia. o senect⁹ mala. Maledict⁹ dies in q̃ ꝯtrari⁹ nat⁹ es mihi. qꝛ speꝫ meã maximã abstulisti Quadã ĩsuꝑ nocte cũ pelagia dormiret. diabol⁹ ad eã venit: ⁊ eã excitãs dixit sibi Dña margarita q̃d vnqꝫ tibi male feci. nũq̃d ñ oĩbꝫ diuitijs et gl̃ia te ornaui. Queso dic mihi ĩ q̃ te ꝯtristaui et ꝓtin⁹ tibi satisfaciã. Tm̃ obsecro ne me d̃seras nc obꝓbriũ xp̃ianis efficiar. Ipa ãt se sig̃uit ⁊ ĩ diabolũ ĩsufflauit ⁊ stati euanuit Die t̃cia oĩa q̃ hẽbat ꝯgregauit ⁊ pauꝑibꝫ tribuit. P⁹ aliq̃t ãt dies cũctis ig̃rã tibꝫ pelagia ide noctu aufugit et in mõtẽ oliueti deuẽit. vbi habitũ heremite accipiẽs ĩ ꝑua cella ibid̃ se collocauit. ⁊ deo in mlt̃a abstinẽtia ꝟuiuit. Maxime aũt fame ab oĩbꝫ habebat̃ ⁊ fr̃ pelagi⁹ dicebat̃. Post hoc q̃dã dyacon⁹ supradicti ep̃i hierosolymã causa visitãdi loca sancta aduenit. Cui dixit episcopus vt post sanctoꝝ locoruꝫ visitatõeꝫ q̃ndã mõachũ noĩe pelagiũ

quereret ꝛ ipm visitaret cū ver⁹ dei ser
uus esset. Qd cū ille fecisset mox ab il-
la cognitus nequaq̄ ipam ꝓpter ni-
miā maciem cognouit. Cui dixit pela
gia. Habes epm. Et ille. Imo domi-
ne. Et illa. Oret p me ad dn̄m. qꝛ ve
apl's xp̄i est. Recedēs aūt inde die ter
cia ad cellā ei⁹ rediit. Sꝫ cū ad ostiuꝫ
pcussissꝫ ꝛ null⁹ ei apuisset fenestrā a-
peruit ꝛ mortuū eū iuenit ac vidit. cur
rēsq̄ cū h' epo nūciasset eps et cler⁹ oēs
q̄ mōachi ꝯuenerūt vt tā sctō viro ex
eq̄as celebrarēt. Cūq̄ de cella corpus
eius extraxissent reppgerūt q̄ mlier eēt.
ꝛ plimū admirātes deo grās reddide
rūt. et sctm̄ corpus honorifice sepeliert
Obiit aūt octauo die intrāte octobri
circa annos dn̄i. ccxc.

Legenda xlvj. A

De sancta Margaritha

m Argaritha dicta pela
gius vgo pulcerrima diues
ꝛ nobil' tāta fuit pentū sol-
licitudie custodita. ꝛ opti-
mis morib⁹ instructa. tātaq̄ pudicicie
honestate vigebat q̄ ab homib⁹ videri
modis oib⁹ renuebat. Deniq̄ a q̄daꝫ
adolescēte nobili in ꝯiugiū q̄rit'. et vt
usq̄ pentis assensu cūcta nuptiis ne-
cessaria cū imensa diuitiaꝝ ꝛ deliciaꝝ
glia ppant'. Cū g̊ dies nuptiaꝝ adue-
nisset ꝛ iuuenes ꝛ puelle et cūcta sil' no
bilitas an̄ thalamū iā patū nuptiarū
festa cū gaudio celebrarēt. vgo deo in
spirāte ꝯsiderās damnū vgitatꝫ tam
damnosis plausib⁹ cōpari ꝓstrata i t'-
ram cū lachrymis gl'iam virgitatis et
nuptiaꝝ molestias tāta i corde suo cō-
pensatōe librauit q̄ oia hui⁹ vite gau
dia q̄si stercora respuebat. Vn̄ nocte
illa a viri ꝯsortio abstinēs: media no-
cte se deo recōmendās tōsis crinib⁹ in
virili habitu clā aufugit. Lōge auteꝫ
ad qōdā monasteriū veniēs. ꝛ frēꝫ pe-
lagiū se appellās ab abbate recept⁹ ē.
ꝛ diligent' instructus. Qui tā scte ac re
ligiose se habuit q̄ defuncto sctimoni-

nialiū ꝓuisore de senioꝝ ꝯsilio ꝛ abba
tis iperio licꝫ inuitus mōasterio virgi
nū est p̄lat⁹. Dū g̊ eis nō solū corpoꝝ
sed etiā aiaꝝ pabula ꝯtinue ꝛ inculpa
bilit' mistraret. diabolus ei inuidens
studuit q̄lit' ꝓspeꝝ eius cursum obie-
ctu crimis ipediret. Nā vnā virginem
que p̄ forib⁹ erat i adulteriū traxit. ꝛ in
tumescēte vtero cū iā celari nō posset:
tant⁹ pudor oēs vgines ꝛ monachos
vtriusq̄ mōasterii cōsternauit q̄ solus
pelagi⁹ vtpote eaꝝ familiarꝫ atq̄ pre-
posit⁹ sine iudicio ꝛ examinatōne ab
oib⁹ cōdemnaret'. Qui foras cū igmi-
nia pellit'. ac i q̊dā rupis specu recludit'
sibiq̄ monachoꝝ seuerissim⁹ ōputat'. q̊
sibi panē ordeaceū et aquā tenuissime
mistraret. Quib⁹ gestis mōachi reces-
serūt ꝛ solū ibi pelagiū reliq̄rūt. At il
le oia patiēter sustinēs i nullo turbat⁹
fuit. Sed sp grās deo referēs p sctōꝝ
exempla se ꝯtinue cōfortabat. Tandē
cū finē suū adesse cognouissꝫ abbati ꝛ
mōachis p lr̄as sic mādauit. Nobili
orta genere margaritha i secl'o dcā fui
q̄ vt pelag⁹ tēptationū trāsirē pelagi⁹
mihi nomē imposui. vir sum nō ꝓ de
ceptōe mētita. qd factis ondi. De cri-
mine vtutē obtinui. pniam egi inocēs
ꝛ iā q̄ so vt quā viri feminā nescirent.
sctē sorores sepeliāt. ꝛ sit expiatio viuē
tis ondsio moriētis. vt femie vgineꝫ re
cognoscāt quā calūniatores adulterū
iudicabāt. His auditis mōachis ꝛ sā
ctimonialib⁹ ad spelūcā currētib⁹ pela
gius a femis femia ꝛ vgo intacta cog
scit'. et cūctis pniam agentib⁹ i mona-
sterio vginū honorifice sepelit'. Fi-
nit legēda de pma femiaꝝ antiochie
ciuitatis abūdātissima tandē Pelagi
us appellata.

Legenda cxlvij A

De sancta Thaysi meretrice.

t Haysis meretrix vt in
vitaspatrū legit' tāte pulchri
tudinis extitit vt mlti ꝓpt' eā
venditis substātiis suis, ad vltimā pau

ꝑtatem deuenirēt. Sed amatores sui
ꝑ zelo litib⁹ inter se ꝯsertis freq̄nt pu-
ellę limina sanguīe replebāt. Qd̄ cū au
disset abbas Pafunci⁹ sumpto habi-
tu secłari ꝛ vno solido ꝓfect⁹ ē ad eam
in q̄dā egypti ciuitate. ōditq̄ ei solidū
q̄si ꝓ mercede peccādi. Jlla accepto p̄
cio ait illi. Jngrediamur ī cameram.
Cūq̄ ingressus essꝫ et lectū p̄cioſ vesti
bus stratrū ascēdere inuitaret. dic̄ ad
eā. Si ē interi⁹ cubiculū ī ip̄m eam⁹.
Et cū duxissꝫ eū ꝑ pła loca ille sꝑ dice
bat ꝙ videri timebat. illa āt dixit. Est
qd̄dā cubiculū vbi null⁹ ingredit̄. Si
v̄o deū times nō est loc⁹ q̇ deitati eius
abscōdat̄. Qd̄ cū senex audissꝫ dixit ei
Et scis eē deū. Cūq̄ illa r̄ndissꝫ se sci-
re deū ꝛ regnū futuri secłi necnō ꝛ tor
mēta ꝑ pctōꝝ dixit ei. Si ḡ nosti cur tā
tas aīas ꝑdidisti. Et nō solū ꝓ aīa tua
sꝫ ꝓ illoꝝ r̄dditura rōez dānaberis. Jl
la v̄o h̄ audiēs ꝓuoluta ad pedes ab-
batis pafuntij cū lachris exorabat di.
Scio eē pniāz pr̄ ꝛ ꝯfido te orāte re-
missionē sortiri. Tm̄ peto trib⁹ horis ī
ducias ꝛ p⁹ h̄ q̇ iusseris ibo. ꝛ q̄cūq̄ p̄-
ceperis faciā. Cūq̄ locū illi abbas cō-
stituissꝫ vbi vēire deberet. illa collectis
oīb⁹ q̄cūq̄ ex pctō lucrata fuerat. pla-
tisq̄ in mediā ciuitatē ppło spectante
igne cōbussit clamās. Uenite oēs qui
peccastis mecū et videte quō ea q̄ mihi
ꝯtulistis exurā. Erat aūt p̄ciū auri li-
braꝝ q̄drigētaꝝ. Que cū oīa incēdissꝫ
ad locū quē abbas pafunci⁹ ꝯstitue-
rat ꝑrexit. Quā ille ꝑpto v̄ginū mōa
sterio in cellulā ꝑuā recludēs ostiū cel-
lule plūbo signauit. ꝛ ꝑuā reliq̇t fene-
strā ꝑ quā ei vict⁹ modic⁹ īferret̄. Jus
sitq̄ ei oīb⁹ dieb⁹ paꝝ panis et paulu-
lū aque a ceteris mīstrari. Cū aūt senex
discederet Thaysis ad eū ait. Quo iu
bes pr̄ vt ex naturali meatu aquā me
am effundā. Et ille. Jn cellā sic digna
es. Cūq̄ iteꝝ quō deū deberet adora-
re inq̄reret r̄ndit. Nō es digna noīare
deū. neq̄ in labijs tuis nomē trinitatis
adducere. sed nec ad celū man⁹ expan-
dere. qm̄ labia tua iniq̇tate plena sunt
ꝛ man⁹ tue sordib⁹ inq̇nate. sꝫ tm̄mo-
do incūbēs ꝯ orientē respice. hūc ꝑmo
nē freq̄nter iterās. Qui psalmasti me
miserere mei. Cū ergo trib⁹ ānis fuissꝫ
inclusa ꝯdoluit abbas Pafunci⁹. ꝛ ꝓ-
fectus est ad abbatē anthoniū vt ab
eo req̄reret si remisisset illi de⁹ pctā sua
Et narrata causa sctūs anthoni⁹ ꝯuo
catis discipułsuis p̄cepit eis vt illa no
cte vigilātes in orōe ꝑsisterēt singilla-
tim q̄ten⁹ alicui ex his declararet de⁹
causam ꝓ q̄ abbas pafunci⁹ venerat.
Cū igit̄ incessant̄ orassent abbas pau
lus maior discipul⁹ anthonij vidit su
bito in celo lectū p̄ciosis vestib⁹ orna-
tū quē tres v̄gines clara facie custodi
ebāt. Tres iste v̄gīes fuerūt timor pe-
ne future. q̇ ip̄am a malo retraxit. Pu
dor culpe cōmisse q̇ ei veniā ꝓmeruit.
Amor iusticie q̇ eā ad suꝑna trāsuexit.
Cūq̄ Paul⁹ illis diceret grām illam
tātū esse anthonij vox diuia respōdit.
Nō est pr̄is tui anthonij sed Thaysis
meretricis. Qd̄ cū abbas paul⁹ ma-
ne retulissꝫ cognita dei volūtate abbas
pafunci⁹ cū gaudio discessit. Et mox
ꝓfect⁹ ad mōasteriū ostiū celle dissipa
uit. Jlla v̄o rogabat vt adhuc mane-
ret iclusa. Dixit aūt ei. Egredere q̇niā
remisit tibi de⁹ pctā tua. Et illa respō
dit. Testor deū qꝛ ex q̊ huc ingressa sū
ex oīb⁹ pctīs feci velut sarcinā ꝛ statui
an̄ ocłos meos. Et sicut non discedit
anhelitus de narib⁹ meis sic nō disces
serūt pctā mea ab ocułmeis. sed flebā
sꝑ illa cōsiderās. Cui abbas pafūcius
dixit. Nō ꝓpter pniam tuā remisit tibi
de⁹ pctā tua sed qꝛ timorē sꝑ habuisti
in aīo. Et cū inde illā eduxissꝫ. xv. dies
suꝑuixit ꝛ pausauit in pace. Abbas
q̊ꝫ effrem aliā meretricē silī fere mō cō
uertere voluit. Nā cū illa meretrix san
ctū Effrem ad peccādū alliceret impu
dēter dixit ei Effrem. Seq̄re me. qua
seq̄nte cū ad quendā locū vbi erat mł
titudo hominū venisset. dixit ei. Sede
huc vt cōmiscear tecum. Et illa. Quō

possum h̄ facere tāta mł̄titudīe h̄ stan
te. Et ille. Si hoīes erubescis nonne
magis tuū debes erubescere creatorē.
q̄ reuelat occulta tenebrarꝝ. Illa autē
ꝯfusa recessit.

Legenda cxlviij A

De sancto Dionysio

D Ionysius interpreta
tur vehemēter fugiēs. Uel
dr̄ dyonisiꝰ a dya qđ ē duo
et nisus qđ est eleuatio q̄si
ꝑm duo eleuatꝰ. s. ꝑm corpus et ꝑm ani
mā. Uel dr̄ a dyana qđ est venꝰ. s. dea
pulcritudis. et syos qđ est deꝰ q̄si pul
cer deo. Uel vt q̄dam aiūt dr̄ a diony
sia q̄ vt dicit Isi. est q̄dā gēma nigra
valens ꝯ ebrietatē. Fuit ḡ vehement̄
fugiēs de mūdo ꝑ ꝑfectā abrenūcia
tionē. eleuatus ꝑ internorꝝ cōtēplatōz
pulcer deo ꝑ decorē virtutū. valēs pec
catorib' ꝯtra ebrietatē viciorꝝ. Hic
añ ꝯuersionē multa p̄nomia habuit.
Uocatꝰ est enī ariopagita a vico in q̄
habitabat. Itē dictus ē theosophꝰ. i.
deū sapiēs. Itē a grecorꝝ sapiētib' vs-
qꝫ hodie dr̄ p̄rigion tuarami qđ latie
dr̄ ala celi. q: in celū ala spūalis intel-
ligentie mirabilit̄ volauit. Itē dictus
est macharıꝰ. i. btūs. Itē a patria di-
ctus est Ionicꝰ. Ionica aūt vt dic̄ pa
pias vna est ex linguis grecorꝝ. vel Io
nice sunt genera rotūdarꝝ colūnarum.
Uel Ionicū vt idē dicit ē pes q̄ habꝫ
duas correptas et duas longas. Per
qđ ostendit̄ qꝫ ip̄e fuit sapiēs deū ꝑ oc
cultorꝝ inuestigatōez. ala celi ꝑ celestiū
ꝯtemplatōem. btūs ꝑ et̄norꝝ possessio
nē. Per alia oñdit̄ qꝫ ip̄e fuit mirabilis
rhetor ꝑ eloq̄ntiā. eccl̄ie sustētator per
doct̄nā. breuis sibi ꝑ hūilitatē. lōgus
aliīs ꝑ charitatē. Aug. aūt in li. viij. de
ciui. dei dicit qꝫ ionicū est genꝰ philoso
phorꝝ. Distiguit enī ibidē duo genera
philosophorꝝ. s. ytalicū qđ est ex parte
ytalie. et ionicum qđ est ex ꝑte grecie.
Quia ḡ Dionysiꝰ summꝰ erat ph̄us
iō antonomasice dicebat̄ ionicꝰ. Eiꝰ
passionē ⁊ vitā grece dictauit metho-
dius cōstātinopolitanꝰ. latine ꝟo ana
stasius aplice sedis bibliothecarıꝰ. vt
dicit Igmarus remorꝝ epūs
D Ionysiꝰ ariopagita a btō pau
lo aplo ad fidē xp̄i ꝯuersus fu
it. Qui ariopagita a vico ciui-
tatis in q̄ habitabat dictꝰ fuisse dicit̄.
Ariopagꝰ enī erat vicꝰ martis. in quo
scꝫ erat tēplū martis. Athenīēses enī
singulos vicos denoīabāt a dīs quos
colebāt. vt vicū in quo colebat̄ mars
vocabant ariopagū. q: ario dr̄ mars.
Uicū in quo colebant pan vocabant
panopagū. Et ita a singulis dīs sin-
gulos vicos denoīabant. Ariopagus
autē erat vicus excellentior. q: ibi erat
curia nobiliū. et scole liberaliū artiuꝫ.
In hoc ergo vico morabat̄ dionysius
maximꝰ philosophꝰ qui ob plenitudi
nē diuinorū numinū ⁊ sapiētie theoso
phus. id ē deū sapiēs dicebat̄. Erat ⁊
secū appollophanꝰ eiꝰ cōphilosophꝰ.
Ibi etiā erāt epicuri q̄ ponebāt felici-
tatem hoīs in sola corꝑis voluptate.
⁊ stoyci q̄ in sola animi virtute. In
die igit̄ dñice passiōis cū tenebre facte
fuissent suꝑ vniuersam terrā philoso-
phi q̄ erant athenis nō potuerūt huiꝰ
cām in causis naturalib' inuēire. Nō
fuit enī naturał eclypsis solis. Cū q̄a
luna fere erat e regione ad solē. eclyp̄s
aūt fieri solet in sinodo solis ⁊ lune Lu
na aūt tūc erat q̄ntadecima. ⁊ ita in ꝑ-
fecta distantia a sole. Cū q: eclypsis
nō aufert lumen vniuersis ꝑtib' terre.
Cum q: ꝑ tres horas durare nō p̄ot.
Q, aūt illa eclypsis in vniuersis ꝑti-
bus terre lumen abstulerit ptꝫ ex eo qꝫ
Lucas euāgelista hoc dicit. ⁊ ex eo qꝫ
vniuersitatis dñs patiebat̄. et ex eo qꝫ
fuit apud eleopolim egipti. ⁊ ex eo qꝫ
fuit rome et in grecia siue asia minori.
Q, āt fuerit rome testat̄ Orosiꝰ dicēs
Cum dñs patibulo affixus est. maxi-
mo terremotu ꝑ orbē facto: saxa i mō-
tib' scissa. maximarūqꝫ vrbiū plurime
partes plꝰ solita ꝯcussiōe ceciderunt.

Eademq̄ die ab hora diei sexta sol in
tantū obscuratꝰ est ꝙ tetra nox subito
obducta terris ē adeo vt stellas tūc di
urnis horis vel potius in illa horrēda
nocte toto celo visas fuisse referaꝛ Hec
orosiꝰ. Fuit etiā apud egyptū Et hꝰ
memit Dionysiꝰ in epl'a ad Appollo
phanū dicēs. Obfusi nāq̄ orbes vni
formiꝛ tenebraꝝ caligine tabescēte vt
purgatū rediJt solis dyametꝝ regulaꝫ
philosophi aridei assumpsimꝰ. Cūq̄
repimꝰ qd̄ et erat notissimū solē pati
molestias nō debere: aio ad tevaste ꝑi
tie sacrariū adhuc nescimꝰ tāte rei my
steriū. Quid inq̄ speculū doctrine ap
pollophani his secretis ascribis ad q̄
tu mihi ore diuio et nō hūani sensus ꝑ
mone o bone dionysi diuiaꝝ ꝑmutati
ones sunt reꝝ. Deniq̄ notatū ferie di
em et annū annūciatōis quā paulꝰ no
stris auribꝫ suspēsis intonuit. signis ac
clamātibꝫ recordari expꝫtus. dedi ꝟita
ti manꝰ et falsitatis sum nexibꝫ abso-
lutus. Hec Dionysiꝰ. B Huius
etiā memit idē in epl'a ad Policarpuꝫ
loq̄ns de se et Appollophano dicens
Ambo apd̄ eliopolim tūc p̄sentes et
coastātes inopinabiliꝛ soli lunā ince-
dentē videbamꝰ. Nō eni erat ꝯuenies
tꝑs. Et rursus ipam a nona hora vs-
q̄ ad vesꝑam ad sol' dyametꝝ supna-
turaliꝛ restitutā. Eclypsim aūt illā vi-
dimꝰ in oriēte inchoatā. et vsq̄ ad sola
rē terminū veniētē postea regredientē
Et rursus nō ex eodē ⁊ defectū ⁊ pur-
gatōem sed ecōuerso ꝫm dyametꝝ fa
ctā. Hec dionysiꝰ. Tūc eni dionysius
cū appollophāo voto astrologice disci
plie apd̄ eliopoli egipti ꝑexerat ⁊ pꝰ-
ea inde reuersus ē. C. Q, aūt fuerit i a-
sya testaꝛ Eusebiꝰ in cronica asserens
se in dictis ethnicoꝝ legisse ꝙ tunc in
bithinia q̄ est ꝓuincia asye minoris fu
it terremotus magnꝰ. et maior sol' ob
scuratio q̄ vnq̄ fuerit. et ꝙ dics hora
sexta ita in tenebrosam noctē ꝟsus sit
vt stelle in celo vise sint. ⁊ ꝙ in Nicena
q̄ vrbs est bithinie mltas edes terre-
motus subuertit. Tādē vt i histo-
ria schol'. legiꝛ philosophi ad hoc ad-
ducti sunt vt dicerēt ꝙ deus nature pa
tiꝛ. Alibi tñ legiꝛ ꝙ dixerunt aut ordo
nature ꝑuertiꝛ. aut elementa mētiunꝛ.
aut deus nature patiꝛ ⁊ elementa sibi
cōpatiūꝛ. Alibi tñ dr̄ ꝙ Dionysiꝰ di-
xit. Hec nox quā nouā miramur toti
us mūdi verā lucē aduēturam signat
Tūc athenięses illi deo arā ꝯstruxerēt
⁊ suppositus ē titulꝰ ignoto deo. Sin
gul' eni aris supponebaꝛ titulus indi-
cās cui essent d̄dicate. Et cū vellēt il-
li offerre holocausta et victimas dixe-
rūt philosophi. Bonoꝝ nostroꝝ non
eget. sed facietis genuflectōes an̄ araꝫ
eiꝰ et supplicabitꝫ ei. q̇a nō q̄rit oblati
ones pecoꝝ sed deuotōem aioꝝ. Cū g̊
Paulꝰ venissꝫ athenas epicuri ⁊ stoy
ci philosophi cū eo disputabāt. Qui-
dā aūt dicebāt. Quid semiator ꝟboꝝ
hic vult dicere. Alij dicebāt. Nouoruꝫ
demonioꝝ videꝛ annūciator esse. Ad
ducētes g̊ eū ad vicū phoꝝ vt noua do
ctrina ibidē examē reciꝑet dixerūt. No
ua q̄dā infers auribꝫ nr̄is. Volumus
g̊ scire q̇dnā velint hec esse. Athenien
ses aūt ad nihil alid̄ vacabāt nisi aut
dicere aut audire aliq̇d noui. Cū ergo
Paulus singula deoꝝ altaria ꝑlustras
set. ⁊ inꝛ cetera ignoti dei altare vidis-
set dixit illis phis. Quē ignorātes co-
litis hūc ego annūcio vobis veꝝ deuꝫ
qui fecit celū ⁊ terrā. Deide dixit dio-
nysio quē p̄ ceterꝭ magꝭ doctū in diui-
nis dicebat. Quis est dionysi ille deꝰ
ignotꝰ. Cui dionysiꝰ. Ipe ē deꝰ verꝰ
q̇ inter ceteros deos nō est demōstratꝰ
Sed nobis est ignotꝰ ⁊ secl'o venturo
futurꝰ ⁊ imꝑpetuū regnaturꝰ. Et pau
lus. Hō an tm̄ sp̄us est. Et dionysiꝰ.
Deꝰ ⁊ hō est. Sed id̄ incognitꝰ ē qr eiꝰ
tm̄ cōuersatio in cel' est. Cui Paulus.
Ille est quē p̄dico q̇ de cel' descendit.
carnē suscepit. mortē sustinuit. ⁊ die ꝛ-
cia resurrexit. Cū autē dionysius ad
huc cū paulo disputaret fortuitu tran
sijt ꝑ viam cecus corā eis. Statimq̄

dixit dionysi⁹ Paulo. Si dixeris huic
ceco in noie dei tui. vide. ꝛ viderit. sta//
tim credā. Sed vitatis ṽbis magicꝫ
qꝛ forte nosti ṽba q̄ habēt hmōi effica
ciā. Ego formā ṽboꝝ tibi p̄scribam.
In hac igiꝭ forma ṽboꝝ dices ei. In
noie iesu christi nati de ṽgie. crucifixi.
mortui. q̄ resurrexit ꝛ ad celuꝫ ascēdit
vide. Sꝫ vt ois suspitio tolleref dixit
Paul⁹ dionysio vt hec ip̄e ṽba ꝓferrꝫ
Cū ḡ in eadē forma dionysi⁹ ceco vt vi
deret dixisset: ꝓtin⁹ visū recepit. Sta//
tim dionysi⁹ cū damari vxore sua ꝛ to
ta familia baptizat⁹ ē: ꝛ fideł effect⁹.
Sicq; a paulo ꝑ trienniū instruct⁹ athe
nis eps ordinat⁹ ē. Ubi ille p̄dicatiōi
insistēs ip̄am ciuitatē ꝛ maximā ꝑtez
regionis illi⁹ ad fidē xp̄i adduxit.

C Huic paul⁹ ea q̄ in terciū celum
rapt⁹ vidit reuelasse diciꝭ. sicut ꝛ ip̄e di
onysi⁹ i plerisq; locis isinuare videtur
Un̄ ꝛ de gerarchijs ip̄oꝝ angeloꝝ or
dinib⁹ dispositōib⁹ ꝛ officijs tā lucutē//
ter ꝛ clare disseruit vt nō putares h̄ ip
sum ab alio didicisse. sꝫ ip̄m poti⁹ etiā
vsq; in terciū celū raptū esse. ꝛ ibi hec
oia ꝯspexisse Prophetie sp̄ū claruit
sicut ꝑtꝫ in ep̄la quā misit ad Iohem
euāgelistā in Pathmos insulā i exilio
relegatū vbi ꝓphetauit ꝙ ide reditur⁹
essꝫ sic dicēs. Gaude ṽe dilecte. ṽe ama
bilis ꝛ desiderabił ꝛ diligibił valde di
lecte. Et infra. Ex custodia q̄ ē i path//
mos dimitteris. ꝛ ad t̄rā asye reuerte//
ris. ꝛ facies ibi boni dei imitatiōes. et
bis q̄ erūt p⁹ te trades. Dormitiōi
btē Marie iterfuit. sicut ip̄e i libro de
diuinis noib⁹ insinuare videꝭ. Cū ḡ
audisset Petrū ꝛ Paulū rome a nero
ne i carcerib⁹ detineri. ep̄m sibi substi//
tuit ꝛ ad eos visitādos accessit. Uerū
cū illi ad dn̄m feliciꝭ migrassent. ꝛ post
modū Clemēs p̄sideret. ab ip̄o beato
Clemēte post aliq̄d spaciū t̄pis i fran//
ciā destinaꝭ. ꝛ sibi rustic⁹ ꝛ Eleuterius
sociānꝭ. Missus igiꝭ Parisi⁹ venit. ꝛ
multos ibidē ad fidē ꝯuertit. ꝛ eccłias
plīmas fabricauit. ꝛ clericos diuersi or

dinis collocauit. Tāta āt i eo grā cele
tus emicuit ꝙ cū sepi⁹ pōtifices idolo//
rū ꝯ eū seditōem ppłi ꝯcitarēt. ꝛ popu
lus ad eū ꝑdendū sepe cū armis ꝯcur
reret. mox illo viso aut oi feritate d̄po
sita se ei⁹ pedib⁹ ꝓuoluebāt aut nimio
timore soluti ab ei⁹ p̄sentia fugiebāt.
Sed diabol⁹ videns ꝛ inuidēs ꝙ q̄ti//
die sui cultꝭ decresceret ꝛ młtiplicatis
fidelib⁹ eccłia triūpharet. domicianū
impatorē in tantā cōmouit seuiciā vt
p̄ceptū daret ꝙ q̄cunq; christianū ali//
quē repiret aut ip̄m sacrificare cogerꝫ
aut diuersis supplicijs cruciaret. Pre//
fectus igiꝭ Fescēnin⁹ ꝯ xp̄ianos Pa//
risi⁹ a roma direct⁹ beatū dionysium
populo p̄dicantē inuenit. statiq; captū
collaphizatū. cōsputū derisū. ꝛ lorꝭ du
rissimis alligatū cū scis Rustico ꝛ eleu
terio sibi p̄sentari p̄cepit. Cū ḡ sancti i
ꝯfessione dei cōstantes astarēt. ecce q̄//
dā matrona nobił aduenit. et viꝝ suū
lubriū turpiter ab his magis deceptū
asseruit. Pro eius vtiq; viro citi⁹ mit//
tiꝭ ꝛ in dei ꝯfessiōe ꝑseuerās iiuste neca
tur. Scti ṽo a duodecim militib⁹ fla//
gellanꝭ. Deinde magno pōdere cathe
naꝝ ꝯstricti carceri mācipanꝭ. Seq̄n//
ti die dionysius suꝑ cratē ferreā suppo
sitis flāmis nud⁹ extendiꝭ. vbi dn̄o de
cātabat dicēs. Ignitū eloquiū tuū ve
hemēter. et seru⁹ tuus dilexit illō. In//
de aūt erigiꝭ ꝛ ad bestias ferocissimas
multo ieiunio excitatas ꝓijciꝭ. Sꝫ cū
in eū ip̄etuose currerēt signū crucꝭ op//
posuit. et māsuetissimas eas fecit. De
inde in clibanū iactaꝭ sꝫ extincto igne
nil lediꝭ. Cruci affigiꝭ ꝛ diuti⁹ ibidem
torqueꝭ. Inde depositus cū suis socijs
ꝛ multis alijs fidelib⁹ carceri mācipaꝭ
Ubi dum missam celebraret ꝛ popu//
lū cōmunicaret. dn̄s iesus eidē cū im//
menso lumine apparuit. ꝛ panē acci//
piēs ei dixit. Accipe hoc care meus qꝛ
mecū est maxima et ieffabilis merces
tua. Post hoc iudici p̄sentati iteꝝ no//
uis supplicijs mactanꝭ. et iuxta idolū
mercurij cū securibus triū capita in cō

C

fessione trinitatis pcidunt. Statimq
corpus scti Dionysij se erexit. ꝛ caput
suū inter brachia angelo duce. ꝛ celesti
lumie pcedente p duo miliaria depor-
tauit. a loco q dicit mons martyrū vs-
q ad locū vbi nūc sua electōe ꝛ dei p-
uidentia requiescit. Tanta aūt ibidē an-
gelorū melodia insonuit. vt int multos
q audierūt ꝛ crediderūt etiā larcia vx-
or pfati lubrij christianam se eē clama
uit. Et mox ab impijs decollata ꝛ i suo
sanguie baptizata occubuit. Filius aūt
eius noie virbius rome sub trib imperato-
rib militauit. Deinde parisius rediēs
baptizat. ꝛ religiosorū numero sociat.
Dū aūt infideles metuerēt ne sancto-
rū Rustici et eleuterij corpa xpiani se-
pelirēt iusserūt vt in secana mergerent
D Matrona aūt qdā nobil vecto-
res ad prandiū inuitauit. ꝛ illis epulā
tib sctōrū corpa furtiue surripuit ꝛ i a-
gro suo occulte sepeliri fecit. Que post
ea psecutōe cessante ide sustulit. ꝛ corpi
beati dionysij honorifice sociauit. Pas
si sunt sub Domiciano anno dñi. xcvi
etatis suo bti dionysij. xc. Circa an-
nos dñi. dcccxv. tēpe Ludouici legati
Michael imperatoris cōstātinopolita-
ni inter cetera munera detulerūt Lu-
douico filio Karoli magni libros dio
nysij de gerarchia d greco i latinū trās
latos. Qui cū gaudio sunt recepti. et
xix. infirmi in ipa nocte in eccl'ia eius cu
rati. Cū apud arelatē sctūs Regu-
lus eps missarū solēnia celebraret. apo-
stolorū noib in canone recitatis adiū-
xit. ꝛ beatis martyrib tuis dionysio ru
stico ꝛ eleuterio. Quo dicto cū adhuc
dei famulos viuere crederet plimū mi
rari cepit cur eorū noia sic nesciēs in ca
none ptulisset. Et ecce eidē mirāti tres
colūbe apparuerūt sup crucē altaris re
sidentes q sctōrū martyrū noia habe-
bāt suis pectorib sanguine insignita.
Quas diligent intuēs sctōs migrasse
a corpe intellexit. Circa annū dñi. d
cxliiij. Dagobertus rex francorū. vt in q
dā habet cronica q longe ante Pipinū
regnauerat a sua puericia sanctū Dio-
nysiū in magna veneratōne hr̄e cepit.
Nam et qn clotarij pr̄is suis irā metu
ebat ad eccl'iam scti dionysij ꝯtinuo fu
giebat. Cū g factus iā rex mortuus fuis
set cuidā sctō viro in visione mōstratū
est q ania eius ad iudiciū rapta fuit. et
multi scti suarū ecclesiarū expoliatōnē
obijciebant eidē. Cū ergo mali angeli
iā ad penas rape eā vellent. affuit bea
tus Dionysius. ꝛ eius interuētu liberata
est. et penā euasit. Forte eni eius ania ad
corpus redijt ꝛ ibi pniam egit. Clo-
doueus rex corpus scti dionysij minus re
ligiose discoopiens os brachij eius fre-
git ꝛ cupide rapuit. q mox i amentiā
versus ē. Et nota q Igmarus eps re
mensis dicit in ep'la quā misit ad Ka
rolū q iste Dionysius missus i Galliā
fuit Dionysius ariopagita vt sup dictū
est. Idē testat Johānes scotus in ep'la
ad Karolū. Nec forte rō ex cōputo tē-
poris ꝯtradicit. sicut aliq obijcere vo-
luerūt.

Legenda cxlix A
De sancto Calixto

Calixtus papa anno
c dñi. ccxxij. sub Alexādro im-
peratore martyriū passus est
Cuius tpibus pars eminen
tior vrbis rome diuio ē incēdio cōcre
mata. ꝛ sinistra manus iouis aurea lic
q facta. Tūc oēs sacerdotes ad Alexā
drū imperatorē venerūt petētes vt dij ira
ti sacrificijs placarent. Dū ergo offer-
rent subito celo sereno mane die iouis
diuino fulmie qtuor sacerdotes idolo
rū mortui sunt. et ara iouis cōcrema-
ta est et sol obscuratus est. ita vt populus
romanus fugeret extra muros. Audiēs
aūt Palmatius cōsul q Calixtus cū su
is clericis trās tyberim latitaret roga
uit vt xpiani p quos hoc malū ꝯtige-
rat ad purgationē ciuitatis penitus de-
lerent. Palmacius itaq ptāte accepta
cū illuc cū militib ꝯperasset sed illi pri
mus excecati fuissent. territus Alexandro

hoc ꝓtinus nūciauit. Tūc imꝑator iuſ
ſit vt die mercurij oīs popul⁹ cōuenirꝫ
ꝛ mercurio imolaret. vt ab eo ſuꝑ his
reſpōſa acciꝑet. Quod dū fieret virgo q̄
dā tēpli noīe iuli ana arrepta a demo-
ne exclamauit. De⁹ calixti eſt verus et
viuus de⁹ q̄ noſtris eſt pollutōib⁹ indi
gnatus. Qd̄ audiēs palmatius trās
tyberim ad vrbem rauēnantiū ad ſan
ctū calixtū acceſſit. ꝛ cū vxore ſua et fa-
milia ſe ab eo baptizari fecit. Qd̄ au-
diēs imꝑator eū accerſitū ſimplicio ſe-
natori tradidit vt verbis blādis eum
moneret ex eo ꝙ reipublice plīmū ne-
ceſſari⁹ eſſꝫ. Palmatio ṽo ieiunijs ꝛ o-
ratōib⁹ ꝑſeuerāte venit ad eū q̄dā mi-
les ꝓmittēs ꝙ ſi vxorē ſuā ꝑaliticā ſa-
naret ꝯtinuo crederet. Cū g̊ palmati⁹
oraret. illa ſanata ad palmatiū cucur-
rit dicēs. Baptiza me in noīe xp̄i qui
tenuit manū meā ꝛ alleuauit me. Tūc
calixtus veniēs ip̄aꝫ cū viro ſuo ꝛ ſim
plicio et multis alijs baptizauit. Qd̄
audiēs imꝑator iuſſit oēs baptizatos
decollari. calixtū ṽo q̄nqꝫ dieb⁹ ſine ci-
bo ꝛ potu manere fecit. Ille aūt vidēs
eū ampli⁹ ꝯfortari iuſſit eū dieb⁹ ſin-
gulis fuſtigari. deinde ꝑ feneſtrā p̄cipi
tatū alligatūqꝫ ſaxo in puteū p̄cipita-
ri. Aſterius aūt p̄ſbyter corpus ei⁹ de
puteo eleuauit. ꝛ ip̄m in cimiterio cali
podij ſepeliuit.

Legenda cl. A

De sancto Leonardo

Leonardus dicitur o-
dor populi. a leos q̄d ē po-
pulus ꝛ nard⁹ q̄d eſt herba
redolēs. q2 odore bone fa-
me populum ad ſe trahebat. Vel le-
onard⁹ dicit̄ q̄ſi legēs ardua. Vel leo
nardus dicit̄ a leone. Leo eni quatu-
or habet in ſe. Primo habet fortitudi-
nē. quā fortitudinē vt dicit Iſido. ha-
bet in pectore et in capite. Sic beat⁹
Leonard⁹ habet fortitudinē in pecto
re ꝑ malaꝝ cogitationū refrenatōeꝫ. et
in capite ꝑ infatigabilē ſuꝑnoꝝ cōtem
platōnem. Secūdo habet ſagacitatē.
ꝛ hoc in duob⁹. ſ. in aꝑtione oculorum
cū dormit. et in deletione veſtigioꝝ cū
fugit. Sic leonard⁹ vigilauit ꝑ laborē
actionis. ꝛ vigilādo dormiuit ꝑ q̄eteꝫ
cōtemplatōnis. ꝛ in ſe deleuit veſtigia
totius mūdane affectōis. Tercio ha-
bet virtuoſitateꝫ in voce. q2 eius vox
tercia die ſuſcitat leunculū natū mor-
tuū. ꝛ oēm beſtiā figere facit gradum.
Sic leonard⁹ multos mortuos ī pec-
catis ſuſcitauit. ꝛ multos beſtialit̄ vi-
uētes in oꝑibus bonis fixit. Quarto
habet timorē in corde. q2 ſm̄ Iſidorū
duo timet. ſ. ſtrepitū rotaꝝ et ignē ac-
cenſum. Sic leonard⁹ timuit et timen
do vitauit ſtrepitū mūdane ſollicitudi
nis. ꝛ ideo in deſertū fugit. ꝛ ignē ter-
rene cupiditatis. et ideo oēs theſauroſ
ſibi oblatos cōtempſit. B

Leonard⁹ fuiſſe dicit̄ circa an-
nū dn̄i. d. Hic a sancto Remi-
gio remenſi archiep̄o de ſacro
fonte leuat⁹ et ab ip̄o ſalutarib⁹ diſci-
plinis inſtructus eſt. Cui⁹ ꝑentes pri-
mi in palacio regis francie habebant̄
Hic tantā gratiam a rege obtinuit. ꝙ
omnes incarcerati q̄s ip̄e viſitabat ꝓ-
tinus abſoluebant̄. Cum igit̄ fama ſa-
ctitatis eius excreſceret. rex multo tꝑe
eum ſecū manere coegit donec oportu
no tꝑe ei epiſcopatū donaret. Quod
ille renuit et ſolitudinē deſiderās reli-
ctis om̄ib⁹ aurelianuꝫ p̄dicando cum
fratre ſuo lyfardo ꝯuenit. Vbi poſtq̄ꝫ
in quodaꝫ cenobio aliquādiu vixerūt
dum Lyfardus ſuper ripā ligeris ſo-
litarius manere vellet. et Leonardus
ꝑ ſpūſſancti admonitionē in aquita-
nia diſponeret predicare. oſculātes ſe
abinuicem diſceſſerunt. Leonardus
igitur vbiqꝫ predicans: multa mira-
cula exercens. in quadam ſilua ciuita
ti Lemonice vicina habitauit. vbi e-
rat aula regia cā venatōnis ꝯſtructa.
Accidit āt vt q̄dā die rex ibi venaret̄. ꝛ
regia illuc cā ꝺlectatōnis egreſſa ꝑtu

ꝑiclitaret̃. Cū ergo rex et familia ꝓpter regine ꝑiclitatōem lugerēt. ⁊ leonardꝰ ꝑ nemꝰ trāſiret et gementiū voces au diret. pietate cōmotꝰ illuc ꝓperauit. et a rege vocatꝰ ꝓtinꝰ introiuit. Cū igit̃ a rege interrogatꝰ q̇s eſſet. et ſe ſancti remigij diſcipuluꝫ fuiſſe narraret. rex ſpem bonā ↄcipiēs. ⁊ a bono mgr̄o ip ſum bñ inſtructū exiſtimās. ip̄m ad re ginā induxit, rogās vt ſuis ꝑcibꝫ ꝺ re cuꝑata cōiuge et edita ꝓle duplex gau diū obtineret. Tūc ille orōe fuſa qꝺ pe tebat ꝓtinꝰ impetrauit. Cū aūt rex mł ta i auro et argēto ſibi offerret ille ꝓti/ nus recuſauit, admonēs vt hec pauꝑi bus daret dicēs. Ego nullis hoꝝ indi geo. ſed tm̄ in aliq̄ ſiluaꝝ cōtēptis hu ius mūdi diuitijs ſoli chriſto famula/ ri deſidero. Cū aūt rex totū illꝺ nemꝰ ſibi tradere vellet ille ait. Nō totū illꝺ accipio ſed q̄ꝫtū nocte cū meo aſello cir cūire potero. tantū mihi cōcedi expo/ to. Qꝺ rex libētiſſime adipleuit. Con ſtructo itaqꝫ ibiꝺ mōaſterio ibi diu cū adiūctis ſibi duobꝫ mōachis i abſtinē tia mł̄ta degebat. Cū aūt aq̄ vno ab eis miliario diſtaret. puteū ibidē ſiccū penitꝰ fodi iuſſit quē aq̄ ſuis orōibꝫ im pleuit. Locū aūt illū nobiliacū appel/ lauit eo q̄ a rege nobili ſibi traditꝰ fu/ iſſet. Ibi tātis miracul̃ choruſcauit q̄ q̇cunqꝫ eiꝰ nomē in carcere iuocaſſet. mox ruptis vincul̃ nullo ↄtradicente liber abiret. et ſuas eidē cathenas vel cōpedes p̄ſentaret. Hoꝝ plēs ſecum manebāt ⁊ ibidē dño ſuiebāt. Septē q̄ꝫ familie de eiꝰ nobili ſtirpe venditis oībꝫ ad eū venerūt. ⁊ diſtributo ſingul̃ nemore ibi cū ip̄o manētes exēplo ſuo plimos attraxerēt. Deniqꝫ ſctūs vir leo nardꝰ multis clarus ꝟtutibꝫ. viij. ydꝰ nouēbris ad dñm migrauit. Ubi pꝰ q̄ꝫ multa feciſſet miracł̄a clericis illius eccł̄ie eſt reuelatū. vt q̄ꝛ locꝰ ille ꝓpter multitudis freq̄ntiā artꝰ erat. alibi ec cleſiā fabricarēt. ⁊ illuc corpus ſcti leo nardi honorifice trāſportarēt. At illi cū populo triduano ieiunio et orōi in/ ſiſtentes reſpiciētes viderūt totā ꝓuin ciā niue cooꝑtam. locū aūt illū in quo ſctūs leonardus q̇eſcere voleb at oīno vacuū ↄſpexerūt. Ibi itaqꝫ trāſlatus q̄nta miracł̄a ꝑcipue circa icarceratoſ dñs ꝑ eū faciat imēſi ferri varietaſ an te eiꝰ tumulū depēdentis teſtꝫ exiſtit.

Uicecomes lemonicēſiū ad terro/ rē maloꝝ q̄ndā grauiſſimā cathenam fecerat. quā in cyppo ſue turris affigi mādauerat. Qua cathena q̇cūqꝫ collo cingebat̃ cuilibꝫ aeris intēperiei expo ſitus nō vna ſꝫ q̄ſi mille mortibꝫ ange/ bat̃. Accidit aūt vt q̇dā fuꝰ ſcti leonar di illa cathena ſine culpa ligaret̃. Qui cū fere vltimū ſpm̄ efflaret: intra ſe q̄ potuit toto ſanctū leonardū affectu ro gauit vt q̇ alios liberaret ſibi q̊ꝫ ſeruo ſuo ſubueniret. Staticꝫ ſctūs leonar/ dus i veſte cādida ſibi apparēs dixit. Noli timere q̄ꝛ nō morieris. Surge et hāc cathenā tecū ad eccł̄iaꝫ meā defe ras. Seq̄re me. q̄ꝛ ego ꝑcedā te. Qui ↄſurgēs ⁊ cathenā accipiēs ſanctū le/ onardū ꝑcedentē vſqꝫ ad eccł̄iaꝫ ſuaꝫ ſecutꝰ ē. Statimqꝫ vt añ fores fuit be atus leonardꝰ ip̄m dimiſit. ⁊ eccł̄iaꝫ i/ trans q̄ ſctūs leonardꝰ ſibi fecerat oi/ bus enarrauit. et cathenā illā tā maxi/ mā añ tumulū eiꝰ ſuſpēdit. Uir q̇/ dā in loco ſcti leonardi nobiliaco ha/ bitās. et eidem ſctō valde fidel̃ exiſtēs a q̊dā tyrāno captꝰ ē. Qui tyrānꝰ in/ tra ſe cogitans dicebat. Leonardꝰ iſte oēs cōpeditos abſoluit. ⁊ oīs vis ferri ante eū velut cera ante ignē liq̄ſcit Si hūc igit̃ vincul̃ ligauero ꝓtinꝰ leonar/ dꝰ aderit ⁊ ip̄m liberabit. Si aūt ip̄m cuſtodire poſſem mille ſolidis ip̄m re/ dimi facerē Scio igit̃ q̇d faciā. In tur ri mea ꝓfundā foueā faciā. ⁊ hominē hunc cōpedibꝫ aggrauatū ibidē ſub/ mergā. deinde ſuꝑ os fouee ligneā ar/ cā ↄſtruā in q̄ armatos milites accu/ bare faciā. Licꝫ eni leonardꝰ ferrū cō fringat. tñ nōdū ſub terrā itrauit. Qꝺ cū totū vt cogitauerat cōpleuiſſꝫ ⁊ ille hō ſanctū leonardū ſepius inclamaret

leonardus nocte veniēs arcā in q̄ iacebant milites reuoluit. et tanq̄ mortuos ī sepulcro ita eos sub ipa conclusit. Deinde cū multa luce foueam ingressus manū fidelis sui tenuit ac dixit. Dormis an vigilas. Ecce leonardus quē tu desideras. At ille admirās ait. Dn̄e adiuua me. Confestim ↄfractis cathenis apphensum ꝓprijs vlnis extra turrim portauit. Deinde secū sic amicus cū amico cōfabulans vsq; ad locum suū ꝛ domū ipm deduxit. D

Peregrinus quidā cū a visitatōne sancti leonardi redisset. ꝛ in auernia capt⁹ in cauea inclusus esset eos plīmū dep̄cabat. vt amore sancti leonardi cū nihil vnq̄ eos offendisset eū relaxare deberent. Qui respōderūt ꝙ nisi se copiose redimeret nō exiret. Et ille. Sit int vos et sanctū leonardū cui me sciatis recōmendatū. Sequenti igit nocte sāctus leonardus dn̄o illius castri apparuit. et vt ꝑegrinū suū dimitteret iperauit. Ille ṽo mane euigilās ꝛ visiōez q̄si somniū ꝑuipendēs nullaten⁹ dimittere voluit. Altera nocte eadē imperās sibi apparuit. Sed ille iteꝝ obedire cōtēpsit. Tercia ṽo nocte sctūs leonard⁹ ꝑegrinū accipiēs extra opidū deduxit. statimq; turris cū media ꝑte castri corruens opp̄ssis ꝑlib⁹ solū p̄ncipem ad sui ↄfusionē fractis crurib⁹ reſuauit

Miles q̄dam in britānia incarceratus sanctū leonardū inuocabat. Qui statim cūctis videntib⁹ et cognoscētib⁹ ꝛ stupentib⁹ in media domo apparuit ꝛ carcerē intrās et vincula frangēs homini cathenas ī manib⁹ posuit. et per mediū illoꝝ d̄ducēs om̄es stupore ꝑterruit. Fuit et ali⁹ leonard⁹ eiusdez ꝓfessionis et ṽtutis. cui⁹ corpus apud corbiacū requiescit. Hic cū i monasterio esset p̄lat⁹. tāta se hūilitate deijciebat vt oib⁹ inferior videret Sz cū ois pene popul⁹ ad eū conflueret. q̄dam inuidi regi clotario suaserūt ꝙ nisi p̄uideret ꝑ leonardū q̄ multos sub obtētu religionis colligebat. regnū frācie detrimentū nō modicū sustineret. Quibus rex nimis credul⁹ eū expelli iussit. Venientes aūt milites adeo ei⁹ ṽbis cōpuncti sunt ꝙ se suos futuros discipulos spopōderūt. Rex q̄z penitēs veniā petijt. et detractores reb⁹ ꝛ honoribus p̄uauit. ꝛ sctm̄ leonardū valde dilexit. ꝛ vix ad p̄ces sancti detractores dignitati p̄stine restituit. Qui a deo similit impetrauit vt q̄cunq; in carcere tenerent mox inuocato suo noīe soluerent. Dū aūt q̄dā die orōni incūberet serpēs q̄dā maxim⁹ a ꝑte pedū vsq; in eius sinū tetendit. Qui ꝓpter hoc nullatenus ab orōe surrexit. Cōpleta ṽo orōe dixit ei. Scio q̄r ab initio creationis tue hoies q̄ʒtū p̄uales inq̄etas. sed nūc si in me tibi tradita est ptās fac in me quicq̄d merui. Quo dicto serpens ꝑ caputiū exiliēs ad pedes ei⁹ mortu⁹ corruit. Post hoc aūt cū duos ep̄os discordātes sedasset in crastinū se finiēdū p̄dixit circa annos dn̄i. dlxx.

Legenda clj

De sancto Luca A

Lvcas interpretatur ipe cōsurgens vel eleuans. vel d̄r lucas a luce. Ipe eni fuit ↄsurgēs ab amore mūdi eleuās se in amorē dei. Fuit etiā lux mūdi eo ꝙ mundū illumiauit vniuersum Mat. v. Vos estis lux mūdi. lux aūt mūdi est ipe sol. q̄ q̄dē lux hab3 in situ sublimitatē. Ecci. xxvj. Sol oriēs mūdo in altissimis dei. In aspectu delectabilitatē Ecci. xi. Dulce lumē ꝛ delectabile est ocul' videre solē. In motu velocitatē. ij. Esdre. iiij. Magna ē terra et excelsum est celum. ꝛ velox cursus solis. In effectu vtilitatē. q̄r ƀm ph̄m hō generat hoiez ꝛ sol. Sic lucas habuit sublimitatē ꝑ celestiū ↄtēplatōnem. d̄lectabilitatē ꝑ dulcē ↄuersatōez. velocitatē ꝑ feruētē p̄dicatōez. vtilitatē per doctrine sue ↄscriptōem B

Lvcas syrus natōe antiochen⁹ arte medicus fuit ƀm quosdaz

vnus de septuagitaduobꝫ dn̄i discipu
lis. Sane cū Hieronymꝰ dicat eū fu
isse discipulū aplo꜡ nō dn̄i. ⁊ glo. sup
xxv. Exo. notet ꝙ dn̄o p̄dicāti nō ad/
hesit. sed post resurrectōem eius ad fi/
dē venit. magis tenendū ē ꝙ nō fuerit
vnus de septuagintaduobꝫ. licꝫ aliqui
sic fuerit opinati. Qui tāte fuit ꝑfecti/
onis ⁊ vite vt optie ordinatꝰ fuerit q̄n
tū ad deū ⁊ ꝙ̄tū ad ꝓximū. ⁊ ꝙ̄tū ad
seip̄m. et ꝙ̄tū ad suū officiū. Et in si/
gnū huius q̄druplicis ordiatōis q̄tu/
or facies habere describit̄. s. faciem ho
minis ⁊ leonis. bouis et aq̄le. Q̄dlibꝫ
eni de anialibꝫ habebat q̄tuor facies ⁊
q̄tuor pennas vt dꝛ Eze. i. Et vt hoc
melius videat̄ imaginemur aliq̄d ani
mal q̄d habeat caput q̄dꝛatū vt lignū
quadratū. et in q̄libet supꝑficie imagie
mur vnā faciē. a parte antiori faciē ho
mis. a dextris faciē leonis. a sinistrꝭ fa
ciē vituli. a ꝑte posteriori faciē aquile.
Quia ꝟo facies aq̄le sup alias emine/
bat ꝓpter colli ꝓductiōem q̄d in ea lō/
gū ē. iō dicit̄ ꝙ erat d̄sup. Q̄dlibet etiā
ho꜡ q̄tuor pēnas hēbat. q꜡ cū q̄dlibet
aial quasi q̄dꝛatū imaginemur et in q̄
drato sint q̄tuor anguli. in q̄libꝫ angu
lo erat vna penna. Per ista q̄tuor aia/
lia ꝟm sctōs quatuor euāgeliste signifi
cant̄. q̄꜡ licꝫ q̄libet habuerit q̄tuor faci
es. scribēdo. s. de hūanitate. passiōe re
surrectiōe ⁊ diuitate. singule tn̄ singul̄
ꝑ q̄ndā approꝑationē attribuunt̄ ꝟm
Hierony. Matthęꝰ in homie figurat̄
q꜡ p̄ncipaliter circa xp̄i hūanitatē im/
morat̄. Lucas ī vitulo agēs de christi
sacerdotio. Marcus in leōe euidentiꝰ
scribēs de resurrectōe. Catuli eni leo/
nū vt dicunt vsq; in diē terciū q̄si mor
tui iacēt. sed rugitu leōis ī die tercio ex
citant̄. Itē q꜡ incepit a rugitu p̄dicati
onis. Johānes in aq̄la ceteris altius
volās scribēs de xp̄i diuitate. Christꝰ
etiā de q̄ scribūt oia ista q̄tuor fuit. scꝫ
hō natus de virgine. vitulꝰ ī passiōe.
leo in resurrectōe. aq̄la in ascēsiōe. Per
has igit̄ q̄tuor facies in q̄bꝫ designatꝰ

est lucas sicut q̄libet aliꝰ euāgelista ōn
dit̄ q̄lit̄ illis q̄tuor modis fuerit ordia
tus. Nam ꝑ faciē hoīs ōndit̄ ꝙ recte fu
erit ordinatus ꝙ̄tū ad ꝓximū quē dꝫ
ratione instruere. māsuetudie attrahe
re. ⁊ libertate fouere. Hō eni est anial
rōnale mansuetū ⁊ liberale. Per facieꝫ
aq̄le ostendit̄ ꝙ recte fuerit ordinatꝰ ꝙ̄
tū ad deū. q꜡ in eo oculꝰ intellectꝰ con
tuet̄ deū ꝑ ꝯtēplatōem. rost꜡ affectus
ad ip̄m exacuit̄ ꝑ meditatōnem. sene/
ctus effectus abiicit̄ ꝑ nouā ꝯuersatōꝫ
Aquila eni acuti lumis est vt rotā sol̄
irreuerberatꝭ ocul̄ aspiciat. ⁊ in altum
mirabilit̄ eleuata pisciculos in medio
maris videat. Rost꜡ etiā nimis adun
catū ne ipediat̄ in cibo capiēdo petre
allidit. ⁊ sic vsui cibandi habile efficit.
Exusta insup a calore solis ⁊ in fonteꝫ
magno ī petu se ꝓiiciēs senectutē abii
cit. calore solis oculo꜡ caliginē cōsumē
te. et pennas alleuiāte. Per faciē leōis
ōndit̄ ꝙ recte fuerit ordinatꝰ ꝙ̄tū ad se
q꜡ habuit generositatē ꝑ honestā mo/
rū ꝯuersatōem. sagacitatē ꝑ insidiarū
hostiliū vitatōem. ⁊ passibilitatē ꝑ af
flicto꜡ cōpassionē. Leo eni est anial ge
nerosum. q꜡ rex aialiū. Est sagax q꜡ ve
stigia cauda delet cum fugit ne inueni
atur. Passibile q꜡ q̄rtanā patit̄. Per fa
ciē vituli siue bouis ostendit̄ ꝙ recte fu
erit ordinatꝰ ꝙ̄tū ad suū officiū. q̄d fu
it scribere euāgeliū. Ibi eni morose ꝑ
cessit. q꜡ incepit a natiuitate p̄cursoris
⁊ natiuitate ⁊ infantia xp̄i. ⁊ sic paula
tim ꝓcessit vsq; ad vltimā cōsūmatōeꝫ
Discrete incepit. q꜡ post alios duos e/
uāgelistas. vt q̄d illi omisissent iste sup
pleret. ⁊ q̄d sufficiēter dixissent omitte
ret. Circa templū ⁊ sacrificiū imoratꝰ
fuit. q̄d ꝑtꝫ in p̄ncipio ⁊ in medio. et ī
fine. Bos eni est aial morosum. in vn
gulis fissum. ꝑ q̄d intelligit̄ discretio ī
molantiū. ¶ Verū q̄liter beatus
Lucas in p̄dictis q̄tuor modis ordia/
tus fuerit melius ostendit̄ si vite eiꝰ se
ries melius indaget̄. Primo igit̄ or/
dinatus fuit ꝙ̄tū ad deum. Triplicit̄

autē ordinat᷑ hō q̄tū ad deū ſm beatū Ber̄. ſcilicȝ affectōe cogitatōe ⁊ inten-tione. Affectio debet eſſe ſancta. cogi-tatio mūda. et intentio recta. Affecti-onem igitur ſanctā habuit. quia ſpiri-tuſancto plenus fuit. Hieronymꝰ i ꝓ logo ſuꝑ lucā. Obijt iquit in bithinia plenus ſpūſancto. Secūdo habuit co gitatōem mundā. quia fuit virgo cor-pore ⁊ mente. in quo notat᷑ mūdicia co gitationis ipſius. Tercio habuit intē-tionē rectā. quia in omībꝫ que faciebat honorē dn̄i querebat. De his duobuſ vltimis dicit᷑ in prologo ſuꝑ Actꝰ apo ſtoloꝝ. Sine crimine in virgitate per-manēs. Hoc q̄tū ad mundiciā cogi-tatōnis. Domino maluit ſeruire. i. ad honorē dn̄i. Hoc q̄tū ad rectitudineȝ intentōis. Secūdo fuit ordinatus q̄tum ad ꝓximū. Ad ꝓximū autē or-dinamur cum ei impendimꝰ qđ debe mus. Tria autē ſm Richardū de ſan cto victore ſunt que ꝓximo debemꝰ. ſ. noſtrū poſſe. noſtrū noſſe. noſtrū velle. ⁊ vt quartū addat᷑ noſtꝝ agere. Nr̄m poſſe in ſubſidijs. noſtrū noſſe in con-ſilijs. noſtrū velle in deſiderijs. noſtrū agere in obſequijs. Quātū ad hec q̄tu or ordinatus fuit btūs Lucas. Dedit enī primo ꝓximo poſſe ſuū in ſubſidi-is. qđ patet ex hoc ꝙ paulo in omnibꝫ tribulatōibꝫ ſemꝑ adheſit. ⁊ ab eo nū-q̄ diſcedens eidē in ꝑdicatōis ſubſidi um fuit. ij. ad Thimoth. iiij. Lucas ē mecū ſolus. In hoc ꝙ dicit mecū tan-q̄ ſcilȝ adiutor et defenſor. notat᷑ qua-liter ſibi ſubſidia ꝑſtitit. In hoc ꝙ dici tur ſolus notat᷑ ꝙ cōſtāter eidē adheſit Iterū. ij. ad Chorinth. viij. dicit de lu ca. Non ſolū aūt ſȝ ⁊ ordinatus eſt ab eccleſijs ſocius ꝑegrinatōnis noſtre ⁊c̄ Secūdo ſuū noſſe in cōſilijs. Tūc enī ſuū noſſe proximo tribuit cū doctrinā apoſtolicā et euangelicā quā ipē noue rat ad vtilitatem proximoꝝ cōſcripſit. De hoc ipē teſtimoniū ſibi ꝑhibet in ꝓlogo ſuo dicēs. Viſum eſt et mihi aſ ſecuto a principio diligēter ex ordie ti-bi ſcribere optime theophile. vt agno-ſcas eoꝝ verborū de quibꝫ es eruditus veritatē. Qualiter etiā ꝑbuit ſuū noſ ſe in cōſilijs patet ex illo verbo qđ di-cit Hierony. in ꝓlogo. q2 eius v̄ba ani me languētis ſunt medicina. Tercio eius velle in deſiderijs. qđ patȝ ex h̄ ꝙ eis ſalutē eternā deſiderauit. ad Col. iiij. Salutat vos lucas medicꝰ. id ē ſa lutē eternā exoptat. Quarto eiꝰ age-re in obſequijs. Qđ patet ex hoc ꝙ do minū quē aliquē peregrinum extima-bat hoſpitio recepit. et ei omne obſeq̄-um charitatȝ exhibuit. Fuit enī ſocius cleophe dū ibat in emaus. ſicut aliqui dixerūt. prout refert Grego. in morali bus. licet Ambroſiꝰ dicat aliū fuiſſe. cuius etiā nomē ponit. D Tercō fuit bene ordinatus q̄tum ad ſeipm̄. Tria autē ſunt ſm Berhardū que op time ordinant hominē ad ſeipm̄ ⁊ ſan ctum faciunt. ſcilicȝ victus ſobriꝰ. actꝰ iuſtus. ſenſus pius. Et quodlibet ho rū ſm ipſuȝ Bernardū in tria diuidit᷑ Victus inq̄t ſobrius erit ſi continen-ter. ſi ſocialiter. ſi humiliter vixerimꝰ. Actus iuſtus erit ſi fuerit rectus. diſ-cretus. fructuoſus. Rectus per bo-nam intētionem. diſcretus per mode-rationem. fructuoſus per edificatōem Senſus pius erit: ſi fides noſtra ſen-tit deum ſumme potentē. ſūme ſapien tem. ſumme bonū. vt per eius poten-tiam noſtram credamus iuuari infir-mitatē. per eius ſapientiā noſtram cre damus corrigi ignorantiā. per eiꝰ bo nitatem noſtrā credamus dilui iniq̄ta tem. Hec Bernardꝰ. In his omībꝰ beatus Lucas fuit optime ordinatus Primo enī habuit victū ſobriū. ⁊ hoc tripliciter. q2 vixit cōtinenter. Nam vt teſtatur Hieronymus de eo in prolo-go ſuꝑ Lucam. ipē nec vxorem vnq̄ habuit nec filios. Secūdo ſocialiter. hoc notatur in hoc ꝙ dicitur de ipō ⁊ cleopha. ſuppoſita opinione predicta Luce vlti. Duo ex diſcipulis ieſu ibāt ipā die ⁊c̄. Socialitas enī notatur in

hoc quod dicitur duo. et in hoc quod dicitur disci puli. q. disciplinati. id est bene morigerati Tercio humiliter cuius humilitas insi/ nuatur in hoc quod nomen socij sui. scilicet cleo phe expressit et suum tacuit. Nam secundum opini onem quorundam lucas ex humilitate nomen suum siluit. Secundo habuit actum iustum. quia quidem actus fuit rectus per intentionem. hoc notatur in oratione cum dicitur. Qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portauit. Discretus per moderationem. Unde in forma bouis monstratur est quod vngulam findit. per quod virtus discretionis exprimitur. Fructuosus per edificationem. adeo quod ppe fuit proximis fructuosus quod ab omnibus cha/ rissimus habebatur. Unde ad Col. iiij. vo catur ab apostolo charissimus. Salutat inquit vos lucas medicus charissimus. Tercio habuit sensum pium. quia credidit et in suo euangelio professus est deum esse summe po/ tentem. summe sapientem. summe bonum. De duobus primis dicit in. iiij. c. Stupebant in doctrina eius. quia in potestate erat sermo ipsius. De tercio patet. xviij. c. Neo bonus nisi solus deus Quarto et vltimo fu it optime ordinatus quantum ad suum offici um. quod fuit scribere euangelium. In hoc au tem patet qualiter ibi fuerit ordinatus. quoniam ipsum suum euangelium fulcitur multa veritate. re pletur multa vtilitate. decoratur multa ve/ nustate. et autenticatur multorum autorita te. Prio namque fulcitur multa veritate. Est autem triplex veritas. s. vite iusticie et doctrine. Ueritas vite est adequatio ma nus ad linguam. Ueritas iusticie est adeq tio sententie ad causam Ueritas doctri ne est adeqtio rei ad intellectum. Hac triplici veritate ipsum euangelium fulcitur quia in ipso euangelio hec triplex veritas edocetur. Ostendit enim lucas et christum hanc triplicem veritatem in se habuisse et ali/ os docuisse. Ostendit autem christum hanc tri plicem veritatem in se habuisse per testimo nium aduersariorum. sicut patet Luce. xx. Magister scimus quia recte dicis et doces. Ec ce veritas doctrine. Et non accipis perso/ nam. Ecce veritas iusticie. Sed in veritate viam dei doces. Ecce veritas vite. Bo/ na enim vita dicitur via dei. Secundo osten/ dit in ipso suo euangelio christum hanc tri/ plicem veritatem docuisse. Primo enim ibi/ dem docet veritas vite que consistit in obs/ uatione mandatorum dei. Unde dicitur. x. cap. Diliges dominum deum tuum etc. Hoc fac et viues. Item. xviij. interrogauit eum quidam. Magister quid faciendo vitam eternam pos/ sidebo. Et sequitur. Mandata nosti. Non occides etc. Secundo veritas doctrine. Unde quibusdam hanc veritatem peruertentibus dicebat. xj. c. Ue vobis phariseis qui decimatis id est decimanda predicatis mentam rutam et omne olus et preteritis iudicium et charita tem dei etc. Item ibidem. Ue vobis legisperi tis qui tulistis clauem scientie etc. Tercio veritas iusticie. Unde dicitur. xx. c. Reddi te ergo que cesaris sunt cesari. et que dei sunt deo. Item. xix. c. Uerumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare su/ per se adducite huc et interficite ante me Item xiij. vbi agitur de iudicio vbi reprob di/ cturus est. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. ¶ Secundo eius euangelium repletur multa vtilitate. Unde et ille qui scripsit medicus fuit ad designandum quod nobis medicinam vtilissimam propinauit. Est autem triplex medicina. curatiua. pre/ seruatiua et melioratiua. Hanc triplicem medicinam nobis lucas in suo euangelio celestem medicum ostendit propinasse. Medi cina autem curatiua est que curat a morbo. et hec est penitentia. que omnes morbos spiritua les curat. Hanc medicinam dicit medicum celestem nobis exhibuisse cum ait. iiij. cap. Sanare contritos corde predicare capti uis remissionem etc. Item. v. c. Non ve/ ni vocare iustos etc. Medicina melio/ ratiua est que sanitatem auget. et hec est obseruatio consiliorum. Consilia enim ho/ minem meliorem et perfectiorem faciunt. Hanc medicinam ostendit nobis medicum pro/ pinasse. xviij. capitulo cum ait. Omnia quecumque habes vende et da pauperibus etc. Item. vi. capitulo. Ab eo qui aufert ti bi vestimentum etc. Medicina autem preseruatiua est que preseruat a casu. et hec est vitatio occasionum peccandi et malorum

societatū. Hanc medicinā oñdit me-
dicū tradidisse cū ait.xij.caplo. Atten
dite a fermēto phariseoꝝ ꝛc̄. Ubi edo
cet maloꝝ ꝯsortia euitare. Uel pt dici
ꝙ ipm euangeliū mlta vtilitate replet
qm in ipo ꝟtus ois sapiētie ꝯtinetur.
De h̄ sic dic̄ Ambro. Lucas oēs sapi
entie ꝟtutes euangelij sui ꝯplectit hi-
storia. Docuit em̄ naturalia cū de spū
sancto dñicā incarnatōez extitisse rese-
rauit. Uñ ꝛ dauid naturalē docēs sa-
piētiā ait. Emitte spm̄ tuū ꝛ creabūt.
Itē cū docuit tenebras i passione xp̄i
factas. terrā tremuisse. solē radios ab-
straxisse. Docuit moralia cū i ipis bea
titudinib9 mores docuit. Rationalia
docuit cū ait Qui fidelis ē in minimo
ꝛ in magno fidel est. Sine hac triplici
sapiētia ipa fides ipm mysteriū trini-
tatꝫ esse nō pōt. h̄ est naturali rōnali ꝛ
morali. Hec Amb. Tertio ei9 euā-
geliū decorat multa venustate. Eius
ei stilus ꝛ mod9 loq̄ndi valde venust9
ꝛ decorus ē. Ad h̄ aūt ꝙ aliq̄s i dictis
suis venustatē ꝛ decorē teneat tria sūt
necessaria q̄ tradit aug9. scꝫ vt placeat
vt pateat. ꝛ vt moueat. Ut placeat dꝫ
loq̄ ornate. vt pateat dꝫ loq̄ aperte. vt
moueat dꝫ loq̄ cū feruore. Hūc tripli-
cē modū habuit lucas ꝛ in scribēdo et
i p̄dicādo De duob9 p̄mis. ij. Corith.
viij. Misim9 aūt cū illo frēꝫ. glosa. bar
nabā vel lucā. cuius laus est in euāge-
lio p̄ om̄es eccl̄ias. In hoc ꝙ dr̄. cuius
laus est ꝛc̄. notat ꝙ locut9 ē ornate. In
hoc ꝙ dr̄. p̄ oēs eccl̄ias. notat ꝙ locut9
est aperte. ꝙ aūt cū feruore locutus sit
patet ex hoc ꝙ cor ardēs habuit dicēs
Nōne cor nr̄m ardēs erat in nobis. ꝛc̄
¶ Quarto ei9 euāgeliū autēticat
multoꝝ autoritate. Multoꝝ q̄ppe au
toritate autenticatū fuit. Om̄ a patre
fuit p̄ordinatū. Hiere. xxxj. Ecce dies
veniūt dicit dñs. ꝛ feriā domui israel ꝛ
domui iuda fedus nouū. nō ꝫm pactū
qd̄ pepigi cū patrib9 eoꝝ. Sꝫ hoc erit
pactū qd̄ feriā cū domo israel. p9 dies
illos dicit dñs dabo legē meā i visceri

bus eoꝝ ꝛc̄. Ad lr̄am loq̄tur de doctri
na euāgelica. Scdō a filio corrobora
tū. Uñ dr̄ in codē euāgelio. xxi. c. Ce
lū ꝛ t̄ra trāsibūt ꝟba aūt mea nō trāsi.
Tercio a spūsctō inspiratū. Uñ di-
cit Hieronym9 in p̄logo sup̄ Lucam.
Sctō instigante spū in achaie p̄tibus
hoc scripsit euāgeliū Quarto ab an
gelis p̄figuratū. Fuit eni p̄figuratuꝫ
ab illo angelo de q̄ dicit Apocal. xiiij.
Uidi angelū dei volātē p̄ mediū celi
